



Philologiae

Windesore de statu vite fundus p. 36.

R

3137 1767

Continuum hoc volumine

1) Comiti de natura Deorum Gentilium comment. Graecis  
 et Latinae et interpret. Iohanni Cluverio Basilien  
 hic formatus vult Neom. temperate, ab eo actus est  
 necesse, teste Sidon. l. 2. p. 7. non aliquid ob cau-  
 lam, quam quod is esset, qualis a C. Plinio collega l. 2.  
 ep. 24. p. 62. deservit. Vis expositio et modesta  
 f. missis. Stoicum fuisse patet et haec Theoria  
 Theologica p. 3. ubi Ioh. manu dicit esse animam.  
 Et licet tota mente in avat. ut de tabulis graecorum  
 veritates Physicas et Ethicas eliciat. Unde et Cor-  
 p. physiq. apud Eusebium l. VI. H. E. c. 14. p. 230. Aucto-  
 res. Progenem de formati aliorum, totis haussit  
 allegoricum 52. interpretandi modum. Attamen  
 anidit cura, iudicium in hoc prootio. et in Deorum  
 Mythologiae Genealogia et Historias recitatis tam  
 incertus est, ut utram in partem se dare debeat  
 in senet ignoret. Et quo intelligimus apam ambigua.  
 Ethnographia de suis sunt d. inatio.

2) Calypsoe 1221 d. r. v. v. j. de mensuris p. et  
 Latinae. Et quo alibi

3) Gul. Siculis et Sophocles de cognominibus Deorum  
 libri tres. Clavis juvenis et consulum p. 167  
 et totus generat gratias non incondite congre-  
 tum. Commendandum ab argumenti nobilitate  
 (Limber enim est Auctor, si ipse creavit, sed  
 hoc et Latino de hoc argumente commentate)  
 2) Ad intelligendum Historias veteres non  
 inutia, et ad rationem Theologiae Ethno-  
 zum perspicendam se necesse est.

Pod. 847aa  
 Reimannus  
 Superintendent.  
 M. Dec. 1767

D.

F. Jacobs.

3041

*M. Annaeus*  
**CORNVTI SIVE  
PHVRNVTI DE NA.**  
tura Deorum gentilium Commenta-  
rius, è græco in latinum cōtiuer-  
sus, per Conradum Clause-  
rum Tigurinum.

**PALAEPHATI POETICA**  
rum fabularum explicationes, siue de non cre-  
dendis fabulosis narrationibus, Liber utilissi-  
mus, Philippo Phasianino Bononiensi  
interprete.

Adiecti quoq; sunt iidem græce, in utriusq; linguae stu-  
diosorum gratiam, si cui forte conferre libeat, non paucis e-  
stiam quibus antea scatebant mendis purgati.

I T E M,

**IVLIANI AVRELII LESSIGNIEN**  
sis *De cognominibus deorum gen-*  
*tilium Libri tres.*

Rerum & uerborum in hisce omnibus  
memorabilium locupletiss. Index.

B A S I L E A E.

*Valentini Myli*  
*Harper*  
*Acc. 12465.*

BIBLIOTH.  
ACADEM.  
DORPAT.

EXCELLENTISSIMO.

uiro domino Christophoro Clausero, Medi-  
cae facultatis Doctorei eximio, apud Tigrinos  
Archiatro, consanguineo suo plurimum  
colendo, Conradus Clause-

rus S. D.



Eus humano generi nū-  
quam adeò infestus fuit,  
quin ei si non diuinam,  
saltem humanam offen-  
deret sapientiam. Hanc  
cum idem ille aui rector Deus non  
arithmetica, uerum geometrica aqua-  
litate seruata distribuerit, etiam illi  
qui istam ceu uirgula diuina erant cō-  
sequuti, eadem sapiētiæ humanæ tra-  
dendæ methodo usi sunt, eamq; non  
indignis hominumq; faci, uerum his  
qui bona & dextra indole, quos Graeci  
*ὀφθαλμοί* uocāt, infundere fategerūt,

Ne igitur obijcerent porcis marga-  
ritas, & sinerent sacrum philosophiæ,  
quam recte humanam sapientiam di-

κ 2 xeris,

## EPISTOLA

xeris, studium illotis manibus ἀπὸ τῶν  
 ἀμύητων, id est à philosophiæ sacris  
 nōdum initiatis tractari, de industria  
 præclarissimum hoc studium inuolu-  
 eris quibusdam obscurarunt. Hac uia  
 processere philosophiæ antistites om-  
 nes: ut uidere est in Pythagora qui nu-  
 meris, in Platone & Aristotele qui exē-  
 plis ex mathematicis desumptis phi-  
 losophiæ arcana celauerunt. Huc acce-  
 dunt obscura uocabula, ut entia, idēti-  
 tates, ideae, &c. Tantū nefas duxerūt  
 uiri illi planè diuini, humanam sapien-  
 tiā prophanare, indignoq; uulgo pro-  
 ponere. Nec etiā uiri, quos modò ci-  
 tauimus, quēquam in disciplinam ad-  
 mittebant, nisi eius dexteritatem inge-  
 nij explorassent, metuētes furenti gla-  
 dium (quod dicitur) tradere. Nec hi  
 sanè primi hanc docendi uiam inuene-  
 re, etiā docti omnes qui temporibus  
 priscis floruerut eandem obseruarūt,  
 istisq; in cursu quasi per manus succes-  
 sione mutua, lampada tradiderunt. Et  
 qui

## EPISTOLA

qui illi: Hesiodus et Homerus, à quib.  
 initium omnis humana philosophia  
 sumpsit, & per quos SUPREMO  
 NUMINI eā diuulgare placuit, phi-  
 losophiæ præcepta nobis sub fabula-  
 rū uelamēto representant. Queres dia-  
 lecticā, imò logicā, id est totā differēdi  
 rationē: eam reperis in poëtarū fabu-  
 lis. Quæris physicā, seu naturalē phi-  
 losophiam: ea prodit quā pulcherri-  
 mē ueluti è thalamo pulchrè exorna-  
 to, ex poëtarū fabulis. Quæris ethicā,  
 id est moralem philosophiam, cū suis  
 partibus: eam largissimam in poëta-  
 rum fabulis reperies. Hinc philosophi  
 quoties sua tractant, confirmandi & il-  
 lustrandi gratia non secus poëtarum  
 testimonijs, ceu gemmis quibusdam,  
 ac theologi autoritate scripturæ ca-  
 nonicæ utuntur. ἀμύητοι autem nil bo-  
 ni, uerum Lernam malorum ex poëta-  
 rum fabulis hauriūt: sicuti serpentes,  
 qui licet salubrem degustent cibum, ta-  
 men cibus ille salubris in ipsis transit

## EPISTOLA.

In venenosum cruorem: sic etiam istis accidit. Soli enim fabularum cortici in hærent, reconditum autem fabularum sensum ne quidem attingunt.

Poëtas habemus duplices (omitto barbararum nationum poësim) Græcos & Latinos. Vtrique habent suas fabulas, & sua epitheta, ut linguarum politias admittit. Vt autem non cuiusuis est adire Corinthum, ita non est cuiusuis penetrare ad intimum fabularum sensum, & hinc uberrimos philosophiæ ferre fructus. Proinde ceu *ἀπὸ μηχανῆς* apparet Cornutus, qui lectori poëtarum strenuam & utilem locabit operam, ut non fabularum solū fruatur illecebris, uerborumq; lenocinijs, uerum etiam philosophiam inde non secus ac ab ipsis philosophis addiscat. Libri paruitatē ne quis despiciat, latent hic montes aurei, plus in recessu habet quàm fronte promittat. Bocatius simile tractauit argumentum, admodum foeliciter: at ut Aphrica sem-

pet

## EPISTOLA.

per aliquid apportat noui, ita etiam Cornutus semper aliquid adducet, quod Bocatius non commemorat. Deorum nomina pleraq; græca sunt: ne igitur cui uideatur mirum, si Cornutus eorum etymologias melius plerunque, quàm Bocatius, explanauerit. Græci enim semper principatum eruditionis obtinere. Verborum phaleras promittere non audeo. nec enim materia, quam complectitur Cornutus, uel uerborum Græcorum admittit fucum.

Sunt in hac mea translatione plurima, quæ oscitantī lectori non uidebuntur respondere cū exemplari Græco: hinc forsan tumultuandī, et cœlum terrę miscēdi sumet occasiōē. Nos autē hac nihil moramur, certi, nihil nos in hac translatione posuisse, quod non, si necessitas ita postularit, autoritate selectorum authorum possimus obtinere. Tibi autem consanguinee dilectissime, hunc meum laborem, quem succisuijs horis absoluimus, dedicatū uolo

EPISTOLA.

uolo propterea, quòd te & *Physicum*  
& *Medicum* effeicio præstantissimū,  
quorum alterum si quis à medico seiū-  
git, non secus cum medica facultate a-  
gere uidetur, ac si solem tollat è cælo.  
Si igitur foetus hic meus à morbis, id  
est, pessimis & ignauis Momis fue-  
rit impetitus, tu eum curare ratione  
professionis tuæ poteris efficacissime.  
Hanc meam itaq; opellā boni æquiq;  
fac consulas. Vale cum tuis omnibus  
quàm foelicissime. Ex Thosa, 4. Ia-  
nuarij. Anno ab incarnato

Christo 1543.

CORNVTI CAPITVM

Index.

De Cælo	Pag. 1	De Minerua	43
De Ioue	3	De Marte & Ennyo, seu	
De Iunone	4	Bellona	49
De Neptuno	ead.	De Neptuno	51
De Plutone	5	De Nereo	55
De Rheæ	ead.	De Venere	ead.
De Saturno	8	De Cupidine, seu Amo-	
De Oceano	9	re	58
De Ioue	ead.	De Atlante	60
De Furijs, quas erinnes		De Pane	61
uocant	12	De Cerere & Vesta.	
Iterum de Ioue	13	64.	
De Litis	ead.	De Horis	70
De Parcjs	14	De Baccho	71
De Musjs	16	De Hercule	78
De Gratijs	21	De Apolline & Diana.	
De Mercurio	23	80	
De fabulis antiquitus		De Aesculapio	86
traditis	31	Scorsim quedam de Dia-	
De Prometheo	38	na	87
De Vulcano	40	De inferno	91
		b	PALAE

I N D E X.

PALAEPHATI CAPITULI  
tum Index.

De Centauris	106	De Cotto et Briareo.	128
De Pasiphaë	109	De Scylla	cad.
De Actæone	111	De Dædalo	129
De equis Diomedis, ho- mines comedentib.	113	De Phineo	130
De Orione	114	De Metra	131
De seminatis Giganti- bus	115	De Geryone	132
De Sphinge	117	De Glaucō Sisyphi	133
De Vulpe	119	De altero Mithois Glau- co	cad.
De Niobe	120	De Glaucō marino.	134
De Lynceo	120	De Bellerophonte	136
De Ceneo	121	De Pelope, & equis eius	138
De Cygno	122	De Phrixo et Helle.	cad.
De Dædalo & Icaro.	141	De Phorcynis filiabus	141
De Atalanta et Milano- ne	123	De Amazonibus	145
De Callisthōne	124	De Orphco	cad.
De Europa	125	De Pandora	147
De Durateo equo, & Troia	cad.	De generatis ex fraxi- no	cad.
De Aeolo	126	De Hercule	148
De Hesperidibus	127	De Ceto	cad.
		De Hydra	149
		De	

I N D E X. I

De Cerbero	151	De Hyacintho narratio.	
De Alceste	153	158	
De Zetho	154	De Marfya narratio.	159
De Io	155	De Phaone	160
De Medea	156	De Ladone narratio.	
De Omphale	157	161	
De cornu Amaltheæ.	cad.	De Iunone	162

TVL. AVRELII DE COGNOMINIBUS DEORUM LIBRI PRIMI CAPITULI INDEX.

Veterum de Deo opiniones, & unde homines pro dijs coli, simulachrisq; effingi. coeperint.

Cap. 1. Pag. 171.

Que sunt deorum inter se differentie, & quod dijs uterq; sexus olim tributus sit. 2. 178.

De Iouis cognominibus.	bus	5. 231	
3.	185	De cognominibus Mar- tis. 6. 238 (7. 241	
De cognominibus Apol- linis	4. 208	De Vulcani cognominib.	
De Mercurij cognomini	De Neptuno	8. 243	
Libri 11.			
De Iunone	1. 250	De Venere	4. 285
De Diana	2. 261	De Vesta	5. 299
De Minerua	3. 273	De Cerere	6. 302.
		b 2	Libri

I N D E X.

Libri III.

De Iano	1.309	De Baccho	5.320
De Saturno	2.313	De Sole	6.326
De Genio	3.315	De Luna	7.335
De Plutone	4.317	De Tellure	8.334

F I N I S.

ΦΟΥΡΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΡΙΑΣ, ΠΕ-  
ρι τῆς τῶν θεῶν φύσεως κεφάλαια.

περὶ ἄραν	1	περὶ τῶν παραδεισομέ- νων μύθων	25
περὶ τῆς διὸς	2	περὶ τῆς προμήθεως	32
περὶ τῆς ἕρας	3	περὶ τῆς ἠφαίστου	33
περὶ τῆς ποσειδῶνος	4	περὶ τῆς ἀθηνᾶς	36
περὶ τῆς ἄδου	ead.	περὶ ἀφροῦς καὶ ἐννιδῶν	42
περὶ τῆς ῥέας	5	περὶ τῆς ποσειδῶνος	43
περὶ τῆς ἠρόνου	7	περὶ τῆς ἠέρας	46
περὶ τῆς ἠκεανῆς	8	περὶ τῆς ἀφροδύτης	ead.
περὶ τῆς διὸς	ead.	περὶ τῆς ἔρωτος	48
περὶ τῶν ἐριννύων	10	περὶ τῆς ἀτλαντος	50
ἔτι περὶ τῆς διὸς	11	περὶ τῆς πανός	51
περὶ τῶν λιτῶν	ead.	περὶ τῆς δῆμητρος, καὶ τῆς ἑστίας	54
περὶ τῶν μοιρῶν	12	περὶ τῶν ὀρέων	59
περὶ τῶν μουσῶν	14	περὶ τῆς διονύσου	60
περὶ τῶν χαίτων	18		
περὶ τῆς ἔριδος	20		

περὶ

I N D E X.

περὶ ἠρακλέους	66	περὶ τῆς ἀσκηλκπιῶν	73
περὶ τοῦ ἀπόλλωνος καὶ ἰδία περὶ ἀρτέμιδος	74	τῆς ἀρτέμιδος	68
		περὶ τῆς ἄδου	77

ΓΑΛΛΙΦΑΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΓΙ-  
στον ἱστοριῶν κεφάλαια.

περὶ λιγυῶν	79	περὶ τῆς δουρείου ἱππου,	
περὶ πασιφᾶς	81	καὶ τῆς τροίας	95
περὶ τῆς ἀηταίου	83	περὶ τῆς αἰέλου	96
περὶ τῶν ἀνθρωποφάγων		περὶ ἐσπερίδων	96
ἱππῶν διωμήδους	85	περὶ λιόττου καὶ βριαρέ-	
περὶ ἰρίωνος	ead.	ως	97
περὶ τῶν σαρπῶν γιγνί- των	86	περὶ σκύλλης	ead.
περὶ τῆς σφιγγός	88	περὶ δαιδάλου	98
περὶ τῆς ἀλώπεινος	89	περὶ φίνεως	99
περὶ νόβης	90	περὶ μήτρας	100
περὶ λυγνεως	91	περὶ γηρούνας	ead.
περὶ καίνεως	ead.	περὶ γλαύνου τοῦ σισύ- φου	101
περὶ λύνου	92	περὶ ἐτέρου γλαύνου τοῦ μίνως	ead.
περὶ δαιδάλης καὶ ἰναρέ- ωνος	ead.	περὶ γλαύνου τῆς βαλατ- τίου	102
περὶ ἀταλάντης καὶ μη- λαγίνως	93	περὶ βελλεροφόντου	103
περὶ λαλλίσθους	94	περὶ πέλοπος καὶ τῶν ἱπ- πων	105
περὶ τῆς σφύρας	ead.		

β 3

I N D E X.

περὶ φέξης καὶ ἔλλυς	106	περὶ ἰδῶ	120
περὶ τῆς τρίτης φέξης ἢ περὶ μολύβδου			120
γατέρω	108	περὶ οὐφάλλου	121
περὶ ἀμαζόνων	111	περὶ τῆς κίρατος τῆς ἀ-	
περὶ ὄρφνης	112	μαλθείας	122
περὶ παρδώρας	cad.	περὶ ὑακίνθου, διήγημα.	
περὶ μελίω γρηναῖα	113	cad.	
περὶ ἡρακλεῶς	cad.	περὶ μακρούς, διήγημα.	
περὶ τῆς ἡγῆρας	cad.	cad.	
περὶ ὕδατος	115	περὶ φάωνος	124
περὶ ἰσοβέρου	116	περὶ λάδωνος, διήγημα.	
περὶ ἀληθισίδου	117	125	
περὶ ῥήθου	119	περὶ ἡρας	126

Τ Ε Λ Ο Σ

# CORNVTI DE

NATVRÁ DEORVM

Commentarius.

CONRADO CLAV

sero Tigurino interprete.

DE COELO.



Oelum (ô puerule) suo cir-  
cũ flexu tegit terrã mareq;,  
& cuncta quæ terra quæq;  
mari continetur. Hinc nomẽ  
istud ei datum est, ut dicatur  
ὄρανος, id est cœlum, quasi sit ὄρανος, id est  
conseruator cœlestium, & ὄρανος, id est ter-  
minus naturæ. Quidam uolunt ὄρανος, id est  
cœlum esse dictum ἀπὸ τοῦ ὄρανος αὐτοῦ, ἢ ὄρα-  
νος, id est ab eo quod uideat & custodiat o-  
mnia. Inde deriuatur dictio δὴρανος, id est  
ianitor, & πολυορανος, id est sollicitam rei ali-  
cuius gerere curam. Quidam etymologiam  
eius ἀπὸ τοῦ ὄρανος ὄρανος deducunt, id est,  
quod in supremo loco esse conspiciatur. Vo-  
catur hæc uniuersa cœli machina λέοντος,  
id est mundus, ornamenti nomine. Quidam  
poëtæ tradiderunt cœlum esse Acmonis filium,

A uolen-

2 CORNUTI LIBER  
uolentes per id motum eius irrequietum signifi-  
ficare. Sive cum cælum crederent æternum,  
nulliq; corruptioni obnoxium, eius incor-  
ruptibilitatem per istam nominis etymolo-  
giam ostendere affectarunt. Dicimus namq;  
ἔργον ἑαυτοῦ, id est opus suum perfecisse, seu  
telam suam absoluisse, & quiescere, quotquot  
fato functi sunt. Cæli autem substantia i-  
gnea est, ut ex sole alijsq; astris conijcere li-  
cet. Hinc extrema mundi pars æther nuncu-  
patur, ἀπὸ τῆς ἀβύσσου, id est ab eo quod ar-  
deat. Quidam asserunt hoc nominis æthera  
nactum esse ἀπὸ τῆς ἀνω θέσης, id est quod in su-  
premis currat, id est strepitu feratur. Astra  
namq; nominantur, quasi nunquam subsistat,  
uerum semper in motu sint. Verisimile est et  
θεός, id est deos, ἀπὸ τῆς θέσεως, id est à posi-  
tione seu situ hoc nomen traxisse. Antiquitus  
enim eos esse deos persuasi sunt, quos certo  
motu ferri deprehenderunt: & hos autho-  
res esse existimauerunt mutationis astrorum,  
& conseruationis huius uniuersi. Hi igitur  
sunt Dij, conseruatores & conditores omni-  
um quæ facta sunt.

De

DE NAT. DEORVM. 3

DE IOVE.

V T nos gubernamur ab anima, sic &  
mundus animam habet, à qua ne dif-  
fluat continetur. Mundi autem anima Ζεύς, id  
est Iupiter appellatur. Hoc nominis autem ni-  
mirum inde habet, quod omnium salus ab ipsa  
solo pendeat, quodq; causa uitæ sit omnibus,  
quæcunq; uiuunt: propterea etiam uniuersus  
rex uocatur. Vel Iupiter dicitur mundi ani-  
mæ, quod, quemadmodum nobis præsit animus,  
sic omnibus longè latè que imperet natura.  
Mundi animam & Δία, id est Iouem uocant:  
id autem ideo, quod ipsius præsidio omnia  
fiant, & in sua essentia conseruentur. Qui-  
dam mundi animam nominant Δεός, idcirco  
autem, quod irriget terram, aut quod uiuen-  
tibus uitalem humorem subministret. Ge-  
nitiuus autem à Δεός, est Διός, ut qui ei sit  
propinquior, quàm nominatiuo Ζεύς. Sedes  
ipsius cælum esse dicitur, siquidem cælum est  
animæ mundi pars principalissima. Sunt enim  
& animæ nostræ de substantia  
ignis.

A 2 De

DE IVNONE.

**S**Oror & coniunx Iouis esse traditur Iuno, quæ est aer. Statim namq; ei copulata & coniuncta est, cum in altum à terra tolleretur, eamq; ipse conscenderet. Ex eodem quoque fluxu nati sunt. Diffluens enim in tenuitatem substantia, ignem, & aera producit. Hinc & Rheam ipsorum esse matrem fabulati sunt, patrem uero assignarunt *Ἐπόρου*, id est Saturnum. Id autem propterea factum est, ut constaret certa temporis mensura, illa esse facta: siue quòd per coniunctionem, & materiae commixtionem fiat elementorum productio. Siue (& hæc causa uerisimilior est) quòd tantisper aer subsistat, quantum per ab igne impellatur, & moueatur natura, ad commiscendum & procreandum entia.

DE NEPTVNO.

**E**Adem ratione moti ueteres annotarunt, Neptunum Saturni & Rheæ esse filium. Nam ex prædicta mutatione & commixtione, etiam aqua exoritur. *πρωσείδω* autem est illa potentia, cuius uis in terræ uisceribus & circa terram humor generatur. *πρωσείδω*

*πρωσείδω* autem ea potentia nominata est, à potatione siue irrigatione, & à *ἰδύρω*, id est dare, quod uidelicet humorem terræ largiatur. Aut alia istius nominis causa est, quæ forsàn à singulari quadam ipsius efficacia siue uirtute desumpta est.

DE PLVTVONE.

**F**Rater prædictorum Pluto esse fertur. Est autem Pluto, aer densissimus terræ proximus. Pariter enim fiunt, & fluere misceriq; incipiunt, ut naturalis ratio, quæ de ipso habetur, significare uidetur. Nomen autem *Ἄδης*, uel inde nactus est, aut quod per se sit inuisibilis, unde hoc nomen diuidentes, eum *ἄϊδης* appellare consueuerunt. aut, quod per antiphrasin sic dicatur, quasi mortem nobis iucundam et suauem reddat, à *πρό τῷ ἄϊδῆ* uel, id est placere. Vocatur autem Pluto à circo, quod omnia cū sint corruptioni obnoxia, postremo ad ipsum deducantur, eiusq; dominio subijciantur.

DE RHEA.

**C**Um ueteres Rheam iuxta prædictum fluxum finxissent, non ab re etiam pluiarum

A 3

uiarum

uiarum & imbrium causas in ipsam reducere  
runt. Plerumque enim imbres cum fulgure &  
tonitru ad nos deferuntur. Fingunt hanc gau-  
dere tympanis, cymbalis, fulminibus & faci-  
bus. Quonia autem imbres e caelo descendunt,  
sepius autem e montibus stillare conspiciun-  
tur, primo ab Ida monte praefalto ei nomen  
imposuerunt. Et quoniam mons etiam ab illis  
qui quam longissimo intervallo ab ipso distat,  
videri potest, eam *ὄρεσιν*, id montanam nun-  
cupare placuit. Animalia quoque ex eorum nu-  
mero quae in montibus eduntur, generosissi-  
ma, eius curru iungunt: nimirum ideo quod  
praecuta hyemes, non nihil aspectu sunt hor-  
ridae. Corona turrita eius capiti imponitur, se-  
ue quod antiquitus urbes, quo essent loci na-  
tura magis munitae, in montibus aedificaban-  
tur: siue, quod causa & origo sit prima mun-  
di substantiae. Cor ei consecrant, inuenientes  
ipsam esse causam generationis animalium.  
Propterea uariis coloribus distinctas formas  
quasdam eius pectori applicant, tanquam de-  
cora & amabilis eorum quae sunt, uarietas,  
& omnis color ab ipsa sola proueniant. Vide-  
tur

tur haec esse eadem, quae apud Syros Artaga dicitur, quam colunt abstinentes a colum-  
barum & piscium esu. Per hunc colendi ritum  
indicant, substantiae suae entium causas esse  
aerem & aquam. Phrygia uocatur, quod fre-  
quenti & excellenti cultu apud Phryges ce-  
lebretur, penes quos & Gallorum sacerdo-  
tium increbuit. Hoc sacerdotium Caeli castra-  
tionem, quam Graeci fabulati sunt, repraesentat.  
Nam traditur Saturnum deuorasse liberos,  
quos ex Rheia tulit. Id sane admodum uerisimi-  
liter traditum est. Siquidem quaecumque gene-  
ratur ratione praedicti motus, eadem ratione  
eiusdem motus tandem intereunt. Tale autem  
quipiam & tempus est: ab ipso enim omnia  
quae condita sunt, consumuntur. Ferunt Rheam,  
cum peperisset Iouem, loco Iouis saxum fascijs  
inuolutum detulisse ad Saturnum, dicentem,  
se hoc partu esse enixam. Demisit igitur &  
saxum istud in uentrem Saturnus. Iupiter au-  
tem cum furtim educaretur, tandem mundi im-  
perium nactus est. Est autem alius, quam uer-  
ba ipsa significant, istius fabulae sensus. Fabu-  
la enim haec ad ostendendam mundi creatio-

nem composita est. Quia tum temporis natu-  
ra, quæ nunc mundum regnat et administrat,  
in mundo nutriebatur: & tandem inualuit.  
Lapis enim hic, quem nos terram uocamus,  
medium locum, quasi deuoratus, firmiter oc-  
cupauit. Nec enim aliter consistere possent  
entia, nisi tali tantoq; inniterentur funda-  
mento. Hinc omnia & nascuntur, & sua ali-  
menta consequuntur.

## DE SATVRNO.

**H**Actenus traditum est, Saturnum è cœ-  
lo descendisse, stupriq; consuetudinem  
cum Terra habuisse. Spoliatus autem tandem  
testibus, Terram iniuria afficere cessauit. Nā  
Iupiter eum regno eiectum, in Tartarum præ-  
cipitem dedit. Per hæc igitur, quasi sub inuo-  
lucris tractatur, uniuersum generationis pro-  
gressum seu ordinem, quem ἀνώτερον λογισμὸν,  
id est commiscendo deduximus, λογισμὸν, id est  
Saturnum uocitari. Saturnus fluxum cœli in  
terram uberiorem cohibuit, & exhalationes  
tenuiores effecit. Mundi autem natura, quam  
Iouem appellauimus, infusiones infundens, ni-  
miam illam rerum mutationem compescuit,  
uinculisq;

uinculisq; deuinciuuit, in longius eam produ-  
cens, mundoq; tradens. Recte sanè Saturnum  
ἀγκυλωμένον, (id est, quod quædam occul-  
tet, quædam ostendet) quasi omnia ea quæ  
cursu suo euoluto non perfecit, incurua et  
tarda sint.

## DE OCEANO.

**Q**Vidam alijs rationibus ducti, Oceanū  
prodiderunt esse primam rerum om-  
nium causam. Siquidem non una, uerum  
multæ & uariæ de Oceano conscriptæ sunt  
fabulæ. Est autem Oceanus, circulus ille cele-  
riter fluens, & certo ordine seu alternatim  
mutationem recipiens. Thetis uero est, quali-  
tatum perseuerantia. Ex horum enim commi-  
xtione & coitu, subsistunt entia omnia. Nihil  
autem nasceretur, alterum alteri si nunquam  
commisceretur.

## DE IOVE.

**P**Ost hæc ratione alia Iupiter, pater deo-  
rum hominumq; dicitur. Id inde fit, quod  
mundi natura horum essentia non secus cau-  
sa fit, ac parentes liberorum quos procreant.  
Vocat eum νεφέλη γένεσις, id est nubicogā:

✱ CORNUTI LIBER

& ἐπίδ' ὕπνου, id est tonantem, quod in ea re-  
 gione quæ supra nos est, nubes et tonitrua co-  
 gat, indeq; fulmina torqueat, tempestatesq; et  
 turbines inde deferantur. Alia ratione forsitan  
 prædictus insignitur epithetis, nēpe quod, ut  
 primū cæli rector sit cōstitutus, omnes cæli  
 regiones in suam potestatem cōceserint. Pro-  
 pter uenti turbines αἰγίoxos nuncupatus est,  
 ἀπό τ' αἰώσευ, id est impetu ferri. Propter a-  
 lias quasdam haud dissimiles, nec cognitu dif-  
 ficiles causas, pluuiialis, frugifer, descēsor, ful-  
 gurator, & alijs interdum nominibus alijs de  
 causis uocatur. Seruatorem, uallarem, tuto-  
 rem urbium, patrium, gentilem, hospitem,  
 quæstuarium, consiliarium, trophæorum &  
 libertatis præsidem eum nominant, ut cui infi-  
 nita talia sint nomina. Siquidem in omnem hu-  
 ius uniuersi uirtutem est diffusus, omniumq;  
 est causa & inspector. Hac eadem ratione iu-  
 stitiæ pater appellatus est. Is enim est, qui so-  
 cietatem mutuam inter homines constituit,  
 & contractus inuenit, & ne mutuis iniurijs  
 certarent interdixit. Est et Gratiarū pater:  
 hinc enim scenerandi & benefaciendi initia  
 sumitur.

DE NAT. DEORVM. II

sumitur. Et Horarum pater traditur: quæ dum  
 cyclos suos in cælo euoluunt, salutare præ-  
 bent in hoc uniuerso mutationes. Aliarum  
 quoq; rerum naturalium idem iupiter author  
 est. Fingunt eum in perfecta uirili ætate con-  
 stitutum, siquidem nec senectam, nec iuuentā  
 habitu corporis refert. Proinde nō ab re, uir  
 perfectæ in ætatis habitu fingitur. Hinc fit ut  
 perfectæ ei immolent. Sceptrum autem, quod  
 manu gerit, imperij ipsius indicium est. Pin-  
 gitur interdum, tenens manibus uictoriam.  
 Quare autem hoc? ut clarescat, ipsum uince-  
 re omnia, nec à quoquam ipsum uinci posse.  
 Aquila Ioui dedicata est ideo, quod uolandi  
 pernitate aues omnes excellat. Caput eius  
 oleagina corona redimitur. Causa autem est,  
 quod hæc arbor semper in uirore sit, suamq;  
 pinguedinē teneat, et quod olei usus sit ubiq;  
 plurimus. Quidam Iouem ἀλάσσορα, id est im-  
 purum, & ἀλάμωστον, id est homicidam ap-  
 pellant. ideo autem hæc nomina sortitus est,  
 quod cæde inquinatos & consceleratos pœ-  
 nis subdat. Ἀλάσσορες enim sunt homines, qui  
 tāta taliaq; facinora designarūt, propter quæ  
 errore

12 CORNUTI LIBER

errore duci, hinc indeq; uagari, & ingemiscere eos oporteat. *ωαλαμνάου* autem uocati sunt, quod ob eadem impie admissam, nunquam expiari possint.

DE FURIIS QUAS ERYNNES uocant.

**P**ropter modo commemoratam causam natae sunt & Erynnes, sic appellatae quasi sint *ερωτητήσασ*, id est indagatrices eorum hominum, qui grauisima flagitia patrarunt. Nomina autem earum sunt, Megæra, Tisiphœ, et Alecto. Megæra dicitur, quasi deo *μεγαέροντι* & id est odiente, & *τιννυμένης*, id est uindicante, aut *τιμωρομένης*, id est pœnis feriente homines ob cædes commissas: & hoc faciat *ἀλύπτως*, id est incunctanter & indefinenter. Sunt autem istæ deæ prorsus uenerandæ, & in signem beneuolentiam humano generi exhibent, ideo quod mutuam inter homines beneuolentiam conciliant, & ordinant. Aspectu autem sunt horrendæ, siquidē flagellis & facibus impios infestant. Capilli autem serpentibus intorti sunt, ut horrorē homicidii incutiant: qui eorum quæ impie deliquere

DE NAT. DEORVM.

liquerunt, dignas pœnas persoluant. Domicilium autem in inferno habere traduntur propterea, quod causæ eorum malorum quæ impijs ingruunt, in obscuro sint: nec eas impij possint prouidere, quo sibi caueant ne in pericula incidant.

ITERVM DE IOVE.

**N**on abhorret à prædictis, quod dicitur, Iouis oculum omnia cernere, eundemq; omnia audire. Quæ ratione enim impossibile est, uim seu potentiam quæ omnia permeat, & administrat, quicquam latere eorum quæ in hoc mundo contingunt? Iouem & placidum nominant, quod sit facilis & placidus ijs qui relictâ iniustitia, ad iustitiam confugiunt. Non enim irreconciliabilem, ut qui nullis precib. queat flecti, se ipsis offert. Quæ propter aræ extant Iouis *ἱκεσίω*, id est supplicum patris.

DE LITIS.

**N**arrauit poeta etiã Litas, Iouis esse progeniem. Pedibus autem claudis finguntur, quod cadere soleant genua flectentes plerunq;. Sunt & rugis deturpatæ, ad ipsarum imbecil-

imbecillitatem designandam. Strabis autem oculis ideo sculpuntur, quod qui aliquid præterierunt uel omiserunt eorum quæ iustitia fieri postulabat, tandem ad supplicationum seu litanicæ auxilium conuolent. Homerus eas in dæmonum classes transfert. Claudas eas uocauit Homerus, quod tarde & ægrè accedat. Eos autem homines tandem λιταωδων, id est supplicationē decernere, quibus Litæ quid mali dederint. Rugis autē deturpatas, & strabis oculis fcedas introducunt. quod grauitè, nec hilari uultu auisint homines eos quos iniurijs offenderunt intueri, & delictorum ueniā poscere. Iouis esse filias ideo dicitur, quo & ipsi plurimum reuerentiæ tribuamus.

## DE PARCIS.

**I**upiter alia ratione μοῖραι, id est parca dicitur: quod eorum quæ cuilibet in uita accidunt, distributio et ordinatio in obscuro sit. et à μοῖραι, id est particulis, nempe earū rerum quæ nobis in uita occurrunt, μοῖραι, id est parca uocantur. Aesa est obscura & minus explorata causa eorum quæ nobis obueniunt. Per hoc autem nomen significatur,  
nos

nos ea ignorare quæ singulatim nobis sint euentura. Sive Aesa, ut ueterum sententia est, dicitur, quasi ἀεὶ οὖσα, id est semper existēs. εἰς quod, id est fatum, est sempiterna quædam & indeclinabilis rerum series, uoluens semetipsa sese, atque implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta nexaq; est, sicuti prima dictionis syllaba monere uideatur: εἰς quæ, quasi εἰς quos, id est catena. Necessitas autem est, quæ cogere aut superare nequimus: aut in quæ, ceu causam, omnia quæ fiunt, referuntur. Alia ratione tres Parca introductur, nēpe ut trinā tēporis proprietatē denotent. Clotho prima appellari meruit, quod omnia quæ fiunt, filorū ductioni similia sunt, alijs succedētib; alijs. Hinc ueteres Parcas nere tradiderunt, sub inuolucris. Alterā Lachēs nominant, nominis autem ratio est, quod omnia quæ cuilibet in natiuitatis primordio attributa sunt, quasi sorte quadam obueniant. Tertia est Atropos. sic autem dicta est, quod nullo modo ea peruerti possint, quæ ab ipsa fuerunt disposita & decreta. Ipsarum potentia, quam tenent, admodum proprie tres istas appellationes

pellationes acquisiuit. Eadem & Adrastia uocatur, ut quæ nullo modo uel euitari, uel declinari possit. Siue Adrastia nominatur, παρὰ τὸ ἄρα, id est quod sine fine operetur, suoq; officio fungatur, quasi semper in opere existens. Siue particula priuatiua α, nūc multitudinem significat, sicuti & in his uerbis, ἀξυλος ὕλη, id est sylua arboribus plurimis confita, multa siquidem operatur. Appellatur Nemesis hæc eadem, ab indignatione. Opis nūcupatur ἀπὸ τοῦ λαθάνειν ὀπίσθω, id est quod lateat nos à tergo esse, & obseruare quæ à nobis fiunt, ut pœnas infligat ijs facinoribus quæ pœnis digna sunt.

## DE MUSIS.

**V** Eterum monumenta perhibent, Iouē ex Memoria matre sustulisse Musas. Propterea autem hoc figmentum introductū est, quod Iupiter primus disciplinas, quæ perquam sunt ad bene uiuendum necessariae, adiuuenerit, quas non nisi assidua meditatione, & diligenti memoria assequi possumus. Musæ hoc nomen adeptæ sunt ἀπὸ τοῦ μῦθος, id est inquisitione: sicut dicitur, μὴ τὰ μάλαι καὶ μῶος,

καὶ μῶος, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχης. hoc est, Mollia non requiras, ne dura tibi contingant.

Sunt autē numero nouem, quod quadratos seu perfectos, ut quidam aiunt, eos qui cum ipsis conuersantur, reddant. Talis enim est nouenarius, ut qui consistat ex semetipso natus siue productus, & uideatur participare per quosdam numeros primum numerū propter suam perfectionem. Quidā asserunt duas esse solum Musas, quidam constituunt tres, quidam ponunt quatuor, quidam uolunt septem solū esse. Tres esse dicuntur, aut propter præmemoratam ternarij perfectionē: aut, quod tribus orationum generibus, totius philosophiæ speculatio absoluatur. Duæ autem esse finguntur, propter uitam speculatiuam & ætiam: aut, quod in speculatione & actione absoluta disciplina contineatur. Quatuor uero, aut septē esse, quod adstruitur, nimirū inde fit, quod ueterū musica instrumenta totidē ederent sonos. Feminæ esse perhibētur, quod disciplina & uirtutes muliebria nomina ab ipsa fortuna acceperint, ut eruditionem ostenderent esse possessionem stabilissimam, quam

B nihil

Quæ nouem  
Musæ.

stria, 8/11  
stria, et arros  
stria, non deq  
2 ans, stria, et  
mifer.

Min/ae mnda  
8/11.

καὶ μῶος,

nihil excellere possit. Possimus & hanc cau-  
sam reddere muliebrium nominum: nempe  
muliebria nomina amplecti Musas propter a-  
nini fecunditatem, quæ ex uaria & multa co-  
gnitione paratur. Cogrediuntur, simulq; uin-  
tæ choros ducunt, ut ostendatur, uirtutes  
nō posse ab ipsis separari, aut seiūgi. Maxime  
autem circa hymnos, deorumq; cultum occu-  
patæ sunt. Quia disciplina fundamentū cer-  
tumq; principiū est, semper respicere ad deū  
& hunc uitæ exemplar constituentem, sem-  
per in ore habere oportet. Cæterum Clio u-  
na è numero Musarum est, ἀπὸ τοῦ λέω, id  
est à gloria sic dicta. Et quare? Quod docti  
gloriam consequantur, & etiam alios gloria  
illustrare possint. Euterpe dicitur, quod sua  
colloquia mirabili suauitate & uoluptate af-  
fluāt. Thalia dicitur, quod uita doctorum flo-  
reat: seu quod præditi sint coniuuiali uirtute,  
uersantes dignè & decenter in cōuiujs. Mel-  
pomene nomen hoc traxit à cantu, & uocis  
suauitate, quæ duo carmen complectitur. Bo-  
ni enim ab omnibus decantantur: ipsi quoq;  
deos, suosq; maiores carminibus celebrant.

Terpsichore

Terpsichore hęc appellationē inde sibi pepe-  
rit, quod per plurimā uitæ partē delectetur,  
& gaudijs fruatur: siue quod delectatione  
quadam ipsam intuentes perfundat. Litera au-  
tem una in ista dictione redundat. Forsan sic  
nuncupata est, quod ueteres etiam choros  
constituerunt dijs, & in horum honorem e-  
ruditijs. quiq; carmina cōponebant. Erato no-  
men hoc ab amore accepit. Totā autem philo-  
sophiā istud nomē representat. Aut nimirum  
isto nomine insignita est, propter cōmodè in-  
terrogandi & respondendi scientiam, quasi  
etiam in dialecticis plurimum Musæ polleāt.  
Polyhymnia est uirtus, plurimis præconijs  
exornata, & deprædicata: aut quæ etiā pluri-  
mas canat. hęc quoq; celebrare non cessat  
ea quæ à maioribus accepit. hęc eadem &  
poeticæ & historiarum curam gerit. Vrania  
est naturalium & diuinarum rerum scientia  
uniuersalis. Mundum enim uniuersum uete-  
res ἀστρον, id est cælum appellarunt. Callio-  
pe est, uocalis, et cōptis uerbis exornata Rhe-  
torica, cuius auxilio respublicas administra-  
mus, populos appellamus, eosq; per suasionem

B 2

Terpsichore

Erato

Polyhymnia

Vrania

Calliope

omnibus  
Musis  
TerpsichoreClio  
Musa  
Terpsichore  
Hymnos  
deorum

Clio

Euterpe

Thalia

Melpomene

Et non ui, quò uolumus, trahimus. Hæc pro-  
 fecto causa est, quare ueteres eam comitari  
 uel imprimis reges uenerandos dixerunt. Ei  
 dedicata est uarietas, ut quæ ostēdat operā cū  
 iusuis decora: Et quòd bonorum uita sit con-  
 cinna, sibiq; nullo modo dissentiens. Apollo  
 cum ipsis choreas, propter Musices commu-  
 nionem, ducere fertur. est enim Et ipse citha-  
 rædus, cuius causam breui audies. Eas in mon-  
 tibus uenari aiunt, quia necesse habent philo-  
 sophiæ operam dantes, continuo secedere in  
 solitudinem, citra quam (ut inquit Comicus)  
 præclari nihil inuenitur. Propterea eas solū  
 nouē, ex Memoria matre Iupiter genuisse tra-  
 ditur. Opus nāq; est lucubrationibus noctur-  
 nis, si quid in disciplinis proficere uolumus.  
 Hinc poetæ ὀφρονυῦ, id est sapientē seu pru-  
 dentem, noctem nominare, nō cunctati sunt:  
 quod in ea multū sapimus. ut testatur Epichar-  
 mus inquis: Siue quid docti inquiris, fac no-  
 ctu eius inuestigationi uaces. Omnia præcla-  
 ra noctu, quàm die, cogitando melius repe-  
 riuntur. Quidam affirmant patre Cælo, ma-  
 tre uero Terra in lucem hanc produisse Mu-  
 sas:

Cuius Musæ  
 nō uentur in  
 syluis.

Quod hanc  
 hōmīnū opus  
 in hōmīnū.

fas: ut necessario credamus, sermonem de Mu-  
 sis esse uetustissimū. Coronantur, ut quorum-  
 dam sentētia est φοινικῦ, id est palma, propter  
 homonymiam: quia Phœnices credantur in-  
 uenisse primi literas. Verisimilior autem causa  
 uidetur, quæ à teneritudine, à beneficentia,  
 Et à uirore huius arboris perpetuo sumitur.  
 Arbor hæc difficulter scanditur, fructusq;  
 producit dulcissimos, ut non immerito etiam  
 propter hæc causas ea coronentur Musæ.

Cuius Musæ  
 coronantur.

## DE GRATIIS.

Equuntur admodum conuenienter Gra-  
 tiæ, quas tradiderunt Iouis esse filias, be-  
 neficas. Volunt quidam eas esse natas matre  
 Eurydomene: causa est, quod ab eximijs et cla-  
 ris familijs dona plurima proficisci soleant.  
 Quidam scribunt Gratiarum matrē esse Eu-  
 rynomem, nomen autem hoc significat, quòd  
 beneficentiores esse consueuerint, quàm ra-  
 tio postulet, qui amplas possident heredita-  
 tes. Quidam literarum monumentis prodide-  
 runt, eas natas esse matre Eurymeduse, cuius  
 dictionis erymon idem est cum præcedente.  
 Sunt enim suarum possessionum homines do-

mini. Nec desunt qui fabulantur, Iunonem Gratiarum esse matrem. Nam Gratia sunt Dearum omnium nobilissima & illustrissima. Nuditas earum indicat, etiam pauperes, quibus nulla prorsus diuitia sunt, posse suo ministerio utiliter in aliquibus gratificari. Ideo necessitas nos ad beneficentiam impellit, ut scriptum est: Munerum hospitalium dandorum furor optimus. Quidam arbitrantur per nuditatem significari, ut simus faciles & prompti ad beneficia prestanda. A quibusdam creduntur Gratia esse duae, a quibusdam tres. Duae autem esse putantur, propterea quod aliquos beneficiendi initium facere oportet, alios autem gratiam referre. Tres autem esse ideo finguntur, quia eum qui beneficii compensationem expertus est, non cessare a beneficiendo oportet: uerum ipsius partium est, denuo & indefinenter beneficiis mutuis certare: quod quidem & Gratiarum color monere uidetur. Nec desunt qui docent, unam esse Gratiam eius qui beneficium contulit: alteram uero huic assignari, qui beneficium accepit,

accepit, & referendi gratiam tempus diligenter obseruat: tertiam autem huic adscribi, qui captat occasionem iterum beneficiendi. Quoniam autem hilari uultu sunt benefici, & beneficia eos a quibus accipiuntur exhilarant, primo communi nomine ἀπό τῆς χαρᾶς, id est a gaudio, χαρίτων, id est Gratiarum uocatae sunt. Formosae esse narrantur, quod insigni forma uigeant, & formae decorem liberalitatem exercentibus tribuant, & facile ad beneficiendum impellantur. Nomina earum sunt, Aglaia, Thalia, & Euphrone. Quidam Euanthen ipsarum matrem esse scripserunt, quidam autem Aglariam. Homerus in suo poemate perhibet, unam esse Gratiarum numero cohabitare Vulcanum. Quare hoc? Quod artificum opera plurimum gratiae obtineant.

## DE MERCVRIO.

**D**Vcem autem Gratiarum esse Mercurium fabulis suis comprehenderunt ueteres, ut docerent, non citra delectum & negligenter indignisque beneficia danda esse. Qui enim ingratitude expertus est, ad beneficiendum

tardior fit. Est autē Mercurius sermonis usus, quem dii miserunt ex alto, eumq; inter omnia alia soli homini attribuerunt. Sermonis enim usum præ alijs animalibus potissimum homines habēt. Dicitur est autem Mercurius Hermes, ἀπὸ Ἑρμῆ, id est dicere, & μήσαδρα, id est loqui. Aut hoc nomen sortitus est ἀπὸ Ἑρμῆ μῆνι ἐν, quasi nobis sit propugnaculū, seu ὄχημα, id est munimen. Primus hic δεικτερός, id est deorū nuncius dicitur est: siue quod sit δεικτερός, id est uocalis, siue τραυός, id est disertus. Restat huius nominis & alia causa, scilicet quod mentis nostræ sensa in alios qui nobis propinqui sunt, dicendo transfundere possumus. Hinc factū est, ut Mercurio linguas sacrificarint. Et aliud nomē gerit, uocaturq; ἑρμῆ, quod sit per utilis, plurimāq; cōmoda suis familiaribus & cultoribus ferat. Dicitur & Socus, id est quasi sit domorum seruator: siue ut quidam autumant, quasi sit ἰχυρός, id est fortis. Huius rei manifestum signū est, quod eundem & ἀντιπυ, id est ab omni damno alienum, et quod nulli quippiam inferat mali, nomināt. Sermo enim

enim nobis datus est, nō ut alicui sermone noceamus, uerum ut dicendi facultate omnibus profimus. Hinc eidem Mercurio coniunxerunt Sanitatem. Appellatur Mercurius ἀργυροφόντος, nominis huius ratio est, quod omnia clarissime ostendat, & in lucem protrahat. Veteres enim τὸ λευκόν, id est albedinē aut claritatem, uocarunt ἀργυρόν. Aut hanc appellationē sortitus est à celeritate, qua in suis profectioibus utitur. Nam celeritas quandoq; per antiphrasin ἀργυρόν, id est tarditas nuncupatur. Mercurius χρυσόβραχίς nomen tenet, id est uirgam auream gestans, siue aureas alapas infligens. Plurimi enim faciendū est, si quis ea ferula cedatur. nā immenso precio digna est, imō omnia etiam preciosissima superat opportuna correctio, si huic modò ac cōmodauerimus aures. Fertur Mercurius deorū esse interpres: & aiunt eū ad homines deferre, quæ à dijs acceperit mādata. Interpres est ideo, quod ea quæ oratione explicantur, uox ad aures transferat. Est autem deorū nuncius, siquidem orationis præsidio uoluntatē diuinam cognoscimus. Gestat talaria alata,

āsq; per aëra fertur, sicuti testatur Homerus  
 eo loci ubi inquit, ἐπὶ ἄσπερτα, id est Vo-  
 lantia uerba. Hinc nominant etiam Irim το-  
 λήνιμον, id est uelocem, & ἀερόποδα, id  
 est pernicem, ipso nomine nunciū significan-  
 tes. Fabulati sunt ueteres Mercurium esse Ψυ-  
 χόμοτον, id est animarum deductorem, in-  
 nuentes eum Ψυχρογύειν, id est demulcere  
 animos hominum, quod ipsius proprium est.  
 Propterea uirgam ei tradunt, qua delinit ho-  
 minum oculos, nimirum mentis. Eadē & som-  
 nolentos excitat. facile namq; remissos per-  
 mouet, properantes autem citra laborem inhi-  
 bet. Hinc etiam somnia mortalibus immittere  
 uisus est. Et uates creditus est, quod in facili  
 quò uult, hominum phantasias & cogitatio-  
 nes impellat. Et somnia Deorum nunciū sunt.  
 Serpentes, qui ambiunt uirgam, quam manu  
 gestat, caduceiq; formam ob oculos ponunt,  
 indicio sunt, etiā immanes leones, quoties na-  
 turali feritate commoti inter se sæuiant, ab i-  
 pso feritatem eorum cicurari, eandemq; nodo  
 insolubili uinciri. Hinc nō ab re putant, cadu-  
 ceum esse pacificum. Ferunt enim, qui pacem  
 ambiunt,

ambiunt, manibus germina, quibus indicant  
 se cupere, ut denuo colatur terra: proinde ab-  
 stinent manum à mansuetis & fructiferis ar-  
 boribus, nec eas excindere aut lædere per-  
 gunt. Qui affirmāt Iouē tulisse ex Maia Mer-  
 curiū, docere uidētur, Mercuriū speculationi  
 & sedulæ inquisitioni natū esse. Nam μαιῆαι,  
 id est obstetrices, quæ obstetrici ad officio fun-  
 guntur apud parturiētes mulieres, hinc μαιῆ-  
 αι, id est obstetrices nominatæ sunt, quasi  
 scrutando fœtus in lucem producant. Nō ha-  
 bere manus & pedes, formaq; quadratus sin-  
 gitur Mercurius. Quadrata ipsius forma est,  
 ut eius stabilitatem & soliditatem cognitā no-  
 bis ueteres faciant: quapropter etiam Mer-  
 curij casus, putatur esse incessus. Carere ma-  
 nibus & pedibus dicitur, quod non opus ha-  
 beat uel manibus uel pedibus, ad ea quæ sibi  
 mandata sint, expedienda. Veteres Mercurij  
 parentes natu grandiores pingunt, habentes  
 testiculos sursum tractos et erectos. Iuniores  
 autem et imberbes formantur, quasi testes ha-  
 beant remissos. Quid sibi uolunt isto figmen-  
 to? Quod in ijs qui prorectoris sunt ætatis,

ratio

ratio fecunda & perfecta sit, quæ quidem facile quæ proponit asequitur. In iunioribus autem & immaturis, eandem rationem esse imperfectam, & minus fecundam. Eius simulachrum in uis constituuunt. & hinc ὁδοῦ, quasi meliorem semper monstret uiam, & itinerantibus prosper sit, dicitur. Et ἡγεμόνιον, id est ducem eum appellant, quasi eius opera in re omni uti conueniat: & quasi etiam in de liberationibus & consultationibus in meliorem semper nos traducat sententiam. Etiam eius statuæ in solitudinibus ponuntur, quasi istic sit quoque sanctè colendus. Ideo aut, quod communis tam deorum quam hominū sit minister, si quis iter faciēs forte fortuna quid inuenit, consuetudo inoleuit ut inuētor exclamet, Rei inuentæ partem etiam Mercurio competere. Inventionis enim adiutor est, cum sit uiarū præses. Proinde merito acclamant, se rei inuentæ Mercurium participem facturos. Hinc Græci omnia quæ forte fortuna reperiuntur, ἐρημικά, id est Mercurialia nuncupant, Statuis Mercurialibus accumulunt lapides. Qui libet namq; eorum qui eius statuā prætereūt, lapidem

lapidem adijcit. Causæ autē eius rei sunt plurimæ. Vna est, quod quilibet utile quiddam faciat, quod ad communē omnium spectet utilitatē, dū uia purgat. Altera, quod obtestetur Mercuriū lapidis adiectione, aut lapidis adiectione suū declaret in ipsum honorē, quasi nihil nūc occurrat quod offerat. Alia est, quod statuā Mercurialē prætereuntibus manifestiorē faciat, additione lapidū. Porro alia est, ut per lapides significetur, ex paruis & modicis partibus consistere orationem enunciatiuam. Ferunt Mercurium etiam mercaturæ existere deum. & merito: est enim ementium & uendentium inspector. Emptiones namq; & uenditiones citra orationis præsidium contrahere nequimus. Hinc mercaturæ præses esse uisus est: & ἐμπολάου, id est mercatorum curam gerentem, & λεγέσθαι, id est lucrosū, aut lucri authorem eum appellarunt. Lyæ inuentionem ei attribuunt, quasi concordie sit pater, quam dum homines tenent, certe feliciter uitam transigunt. Quapropter creditur hominum animis concinnatum, sibiq; consentientem subijcere mentis habitum.

bitū. Volentes autem ueteres demonstrare, etiam in occulta uim eius porrigi, furem eū esse tradiderunt, & in fraudulenti Mercurij honorem templa statuerunt. Clam enim hominem in iudiciū protractum oratione liberat, ueritatēq; persuasione furatur. Hinc dicitur, quosdam furtiuis sermonibus uti. Siquidem hi soli sophistæ esse norunt, qui certam differendi habent methodum. Νόμος, id est legum ar tistes est, quod lex castigando ea imperet, quæ in ciuitate aut communiōne aliqua seu faciēda, seu uitanda sunt. Propter singularem eius concordiam etiam orationis cura ipsi cōmissa est. Simul cum Hercule in palaestris colitur, ut demonstratur, fortitudine utendum esse cum ratione & prudentia. Qui enim confidunt de sola corporis fortitudine, & rationē cuius beneficio artes sunt inuectæ, negligūt, his inquam quis admodum conuenienter dicat, *Δαιμόνιε, φθίσε σὲ τὸ σὸφ μῦθος*. id est, Diuine, tua te perdet  
 insania. De

DE FABVLIS ANTIQVITVS  
 traditis.

**P**lurimas uariasq; de dijs fuisse apud antiquos fabulas, quarū aliæ a Magis, aliæ ab Aegyptijs, porro aliæ à Celtis & Afris, et ab alijs Græcis composita sunt, testimonio sint uel illa uerba, quibus (ut fingit Homerus) Iupiter Iunonem affatur in hunc modum:

Pectore adhuc memori retines ne, prioribus  
 annis

Quas mihi commissō dederis pro crimine pœ  
 nas,

Cū suspēsa polo super ardua nubila, longa  
 Fune pependisti, uinctas incude ligata  
 Ad plantas gemina?

Hæc certe profert poeta, quasi quoddam anti quæ fabulæ uestigium, quæ ita habet: Iouem uinxisse Iunonem compedibus aureis. Aureis uinculis constrictam esse Iunonem, ideo fingitur, quod auri colorē astra præ se ferant. Pedibus autem Iunonis alligasse incudes duas. Incudes sunt mare & terra, à quibus aer inferior extenditur, ut neutram in partem abduci possit.

possit. Meminit Homerus alterius fabulæ, iuxta cuius tenorem Thetis Iouem seruasse creditur. Poetæ autem uerba sic habent:

Cum reliqui uellent ipsum dii stringere uinculis,

Iuno, Neptunusq; deus, Pallasq; Minerua. Apparet enim, utrunq; deum priuatis odijs excitatum, Ioui insidias struxisse, ut mundi decorum ædificium impedirent. Et sanè ipsorum conatus processissent, si aqua inualuissent, et omnia in aquam fuissent conuersa: aut si ignis longe lateq; regnasset, aerq; incensus fuisset. Thetis autem, quæ quodammodo cuncta permeat, nisi eam mæuis uocare diuinã prouidentiam, centimanum Briareum, siue diuinã potentia dijs opposuit. Vi aut huius potentia liberè ubiq; uagatur exhalationes, quæ à terra ascendunt, tanquam per multas manus in omnia diffusæ & deriuatæ. Certe inquisitione dignū est, num Briareus & τὸ ἀίπειν, id est auferendo, hoc nomen consequutus sit: quasi sit Βορὰ, id est uorago omnium mundi partium. Aegæon nomen ei impositum est, quod semper uirescat, & floreat. Haud enim

metuere

metuere debemus fabulas, quo minus omnia libere interpretemur, etiamsi interdum aliorum nomina alijs applicanda sunt. Nec etiam si quid ab genealogijs ipsorum parum recessit, propterea putandum est minus ijs per analogiam respondere. A ueteribus etiam Chaos fabula comprehensum accepimus, cuius author est Hesiodus. Post Chaos autem productū, Terra, Tartarus & Amor prouenerūt. at ex Chaos processere Erebus, et Nox. Aetheris et Diei mater fertur Nox. Illud tamen nō est omittendum, quod Hesiodus scribit, post Chaos demum Terram prodijisse, dum ait: Primum quidem omnium factus est ille locus, qui Chaos nominatur, inter cælum & terram situs. atq; deinde;

Ampla sinu Tellus, diuū stabilissima sedes  
Cunctorū, quotquot niueo lætatur Olympo:  
Tartarusq; in magnis penetrabilibus abdita terra:

(omnes,

Quiq; inter superos Amor est pulcherrimus  
Artus qui diuūmq; resoluens atq; uirorum,  
Consiliū prudens, mentēq; in pectore uincit.  
Nati sūt ex Nocte Dies ac splēdidus Aether.

C AÆ

At chaos et Noctē peperit, Erebiq; tenebras.

Terra facta est per conuersionem, siue per eius ad centrum seu inferiora recessū: aer per ascensionem exortus est: aer autem in tenuissimas partes dilapsus, euasit in ignem: mare uero per exuccionē, quod humor auidē ē terra quasi sugendo extractus sit, natum esse credendum est. Montes autem per terræ expulsiōnem exorti sunt. Noctis filius Aether est, quia nocte propter claritatem astrorum conspicitur: præterea nec dies almus exoritur, nisi prius nox recesserit. Chaos est humor ille, qui mundi extruccionē præcessit, nomēq; istud ἀπὸ τοῦ χυρως, id est fusione traxit. Vel ignis est κολο, id est urens, siquidem ut ignis in tenuitatem λεχουρα, id est diffusus est. Hoc autem uniuersum quondā (ō puer) ignis fuit, certaq; mundi quadam conuolutione peracta, omnia in ignem denuo conuertentur. Ignis extinctus transit in aerem, & aer deficiens conuertitur in aquam. Aer secundum condensationem, ab eo quod recedit de igne, substantiæ suæ partes recipit: aqua autem quæ extenuatur, secundum relaxationē substan-

substantiam suam nanciscitur. Rectē sanē dixerūt Veteres, post Chaos demum terram esse progeneratam: nec nō & desiderabilia Tartara nascēdi ordine Chaos esse sequuta. Tartara uero prædictus poeta terræ conclaue nuncupauit, quod Tartarus statim à rerū primordio elegerit latebras. Vnā autem cum illis in lucem prodijt Erebus, qui est proprie ad generādum impetus. Alius enim ex alio nascitur, generationisq; uim sanē pulcherrima & plurima speculatione esse dignam existimandum est. Erebus ex Chaos prorep sit. Nominis autē ratio deducta est ἀπὸ τοῦ ἐπεφραδα, id est ab eo quod contegatur, et ab alio contineatur: sicuti & Terra confestim sibi conformem terram peperit. Quare autem? Vt terra sit Dijs beatis ueluti firmum & stabile domicilium, et supra ipsam astra semper motu ferantur, & beatum illud domicilium efficiant: siue ut sit tutum beatorum omnium receptaculum. Terra exhalationes plurimas fundens, enixa est cælum. Cælum enim communi uocabulo appellatur omnis tenuitas aeris, reliquorūq; elementorum, quæ circa ipsum uolitat. Ter-

36 CORNUTI LIBER  
ram procreauit Chaos. Aer enim, qui primo  
in altum sublatus est, relicto primogenio hu-  
more, obscurus & caliginosus erat. Deinde  
cum in tenues partes abiisset, in æthera & lu-  
cem conuersus est. Recte igitur dicitur, Ae-  
thera esse terræ sobolem. Terra quoq; mon-  
tes & mare edidit, citra quotidianum amorē.  
Mare enim in concauitates montium terræq;  
concessit, mutationem sustinens. Montes au-  
tē, quod inæqualiter subsidere, hinc altitudi-  
nes suas nacti sunt. His peractis, proxima est  
Titanorum generatio. qui sanè nihil aliud,  
quàm entium discordiæ esse, credēdi sunt, si-  
cuti eas enumerat Empedocles, dicens: Infla-  
tionem & inflationis interitum, somnium &  
uigiliam, motū & motu carens, sapientiā &  
stultitiā, per quas huius uniuersi uarietatem  
omnem significat. Sermo ab antiquis Iapetus  
uocatus est, cuius industria uocem omnia a-  
lia acquisiuerunt, & per quem (ut uno uerbo  
dicam) sonus omnis contigit, quasi ἰάρετος  
τις ὄψ, id est uocalis seu sonorus existens. A-  
iunt eum & Λοῖοῦ nominari: ab eo enim qua-  
le quid dicuntur omnia entia. Nam Iones ple-  
runq;

DE NAT. DEORVM. 37  
runque & literam loco π usurpant. Forſan a-  
lia ratione Λοῖοῦ uocatur, quasi sit scilicet au-  
thor Ἰάρετος, ἡ γὰρ τὸ νοεῖν, id est cogitādi et  
ſapiendi. Λεῖος autem nomē habet, propterea  
quod omnibus rebus imperitet, ipſæ aurum re-  
gantur, & dominio ſubiectæ ſint. Hinc nimi-  
rum aries dux gregis idem nomen, ut Λεῖοῦ  
Græce dicatur, ſibi uendicauit. Hyperion au-  
tem, quod quædam in ſupremo loco ſita per-  
meet. Oceanus, quod celeriter incedat: qui  
idem & ἀκαλαρροῖτας nuncupatur, quod e-  
ius fluxus ſit tacitus & tranquilluſ, ut etiam  
ſolis motum repreſentare uideatur. Dicitur i-  
dem & Βαβυλιῶν, eo quod uelociter mouea-  
tur. Thetis eſt, quæ rebus omnibus ſplendo-  
rem & puritatem infert: in ſuper quæ contra-  
rias reſ mutuo & concordī nexu deuincit.  
Memoria eius potentiæ cauſa eſt, qua adiuti  
colligere & retinere poſſumus omnia quæ fa-  
cta ſunt. Themis eſt, cuiuſ præſidio contra-  
ctus celebramus & paciſcimur, contractuſ  
pactaq; fide bona ſeruamus. Saturnuſ eſt ra-  
tio omnium conditarum rerum, ſicuti prædi-  
ximuſ, & potentiſſimuſ eſt ſuorum liberorū  
C 3 omnium.

omnium. Simplicissimum autē eum finxerūt, quod post eorum, quæ diximus, generationem persisterit, quasi & ipse in generationem cadat. Hesiodi de Saturno expositio perfectior est. Hic enim author quædam ab antiquis de isto deo desumpsit, iisdem autem quædam fabulosius addidit. Et secundum hanc rationem in theologia multa perierunt. Nos itaq; quæ maximè de dijs apud omnes in confesso sunt, in sequentibus trademus.

## DE PROMETHEO.

**S**criptum reliquere antecessores nostri, Prometheus uniuersum genus hominū ē luto finxisse. Intelligendum est itaq; seu hic sensus ex isto figmento petendus est, Prometheum esse dominatricem quandā totius mundi animæ potentiam, quam iuniores providentiæ nomine designarunt. Per hanc enim omnia condita sunt, tandem eiusdem ui etiam homines sunt procreati, cum ad hominis generationem iam à primordio rerum mundi constitutio accommodata foret. Dicitur Prometheus etiam cum Ioue quondā familiaritatem intercessisse. Et id ideo scribitur, quod magna pro-  
uidentiæ

uidentiæ multorūq; auxilio omne imperium opus habeat, imprimis tamen multā providentiā plurimorumq; auxilium Iouis postulare monarchiam. Afferunt eundem furto sustulisse ignem, et furto sublatū ignem tradidisse usui hominum. Quid sibi hoc uult figmentum? Nostra nempe intelligentia & providentiā ignis usum esse inuentum. Ignē autem ē cælo delapsū esse fabulati sunt, quia in cælesti regione ignis abundat: siue quod inde fulmina proficiantur, quæ suo igne loca tacta incendunt. & huius causam rei etiam per uirgā insinuant. Aiunt autem Prometheus in uincula datum, puniriq; quotidie ab aquila quæ ipsi us exedit epar. Hinc fabulæ, si corticē detraheris, apparebit iste sensus. Nostra solertia freti, simul cum prædicta commoditate etiam alijs subnixi, subimus etiā difficilima quæq; multisq; & grauisimis curis nos implicamus. Hinc fit ut uiscera nostra corrodamur, id est extenuentur, propter somni raritatem. Fratrem Promethei iuniorē finxerunt Epimetheū, stultiore quidem moribus. Stultus autē propterea inducitur, quod ordine præcedat prudentia

tia disciplinis & longa rerum, quæ accidunt  
cui libet, experientia parta. Re enim uera re-  
cte habet adagium: Stultus post periculum sa-  
pit. Hinc etiam dicitur matrimonium contra-  
xisse cum ea muliere, quæ generandi ordine  
prima fuit. Quare autem hoc? Nimirum quod  
mulier natura imprudentior sit, & magis ui-  
deatur accepto periculo sapere, quàm prou-  
dentia sua periculum anteuertere. Proditum  
est à quibusdam, etiam artium repertorem es-  
se Prometheum. Nullam autem ob causam  
aliam hoc traditum est, quàm quod multam  
solertiam & prudentiam artium inuentio sibi  
uendicet.

## DE VULCANO.

**P**urimi artium inuentionem Mineruæ  
& Vulcano adscribunt: Mineruæ, quia  
prudentia & sagacitas esse uideatur: Vulca-  
no, quoniam plurimæ artes ignis præsidio sua  
opera absoluunt. Nam Iupiter est Aether,  
pellucidusq; & purus ignis. Ignis autem, quo  
nos utimur, qui aeri commixtus est, dicitur ἄ-  
φαις & id est Vulcanus, ἀπὸ τοῦ ἄφθαι, id  
est ab accēdēdo sic nominatus. Propterea nō  
ab re

ab re quorundam ueterum monumēta habēt,  
eum ex Ioue & Iunone esse natum: quidam  
autem putauerunt, eum ex sola Iunone partū  
editum esse. Nam flammæ quodammodo den-  
siores sunt, quàm ut ex solo & puro aere sub-  
stantiam accepisse uideantur. Claudum aiūt  
esse Vulcanum, uel ideo quod materiæ proces-  
sum, illis qui concordiam rerum obscurare  
uolunt, densiorem efficiat. Est claudicationis  
& alia causa, nempe quod non possit quasi ci-  
tra ligneum baculum incedere. Quidam clau-  
dicationis hanc causam perhibēt, quod supre-  
mus motus infimo ad alimētum sit inæqualis:  
& cum tardior existat, eum claudicare cōfes-  
si sunt. Fabulæ declarant, Vulcanum è cælo  
in terrā deturbatum esse à Ioue. Quid sub i-  
stius fabulæ ostentatur inuolucro? Nempe  
quod homines primam ignis, quo uti cœpe-  
runt, scintillam ab ardenti collegerint fulmi-  
ne. Nondum enim sua propria solertia inda-  
gare potuerant ignium usum. Venerem ei in  
uxorem collocarunt ueteres, eidemq; conu-  
bio iunxerunt stabili unam è Gratiarum nu-  
mero. Huius figmenti sensus est, ut opera arti-

ficum obtineant gratiam, sic etiam uenustate  
 quandam siue Venerem in ipsis conspici. Aut  
 sensus alius est, nempe quod plurimus calor  
 ijs insit, qui cupiditate quadam in opera Vene  
 rearapiuntur: etiam animalium omnium ex  
 calore proficisci uenereos actus. Ferunt Vul  
 canum, Martem, quem in adulterio cum uxo  
 re sua Venere deprehenderat, uinculis ligas  
 se. Hæc enim fabula legitur apud poetam, qua  
 si sit antiquissima. Figmenti autem istius hæc  
 expositio est. Quoniam non per omnia in u  
 na eademq; sede morantur, prælium & uis,  
 lætitia & blandimenta, neq; etiam natura læ  
 ge ista coniunguntur. Quoties itaq; contra  
 ria ista nutuo nexu copulantur, & in con  
 cordiam rediguntur, pulcherrimum quoddã  
 germen & nobilissimum hinc exoriri, pro  
 pter mutuam consonantiam, liquet. Vulcanus  
 perhibetur obstetricadi munere esse functus  
 apud Iouem, cum parturiret Mineruam. Vbi  
 enim Iouis caput fidisset, Pallas profiluit. Ig  
 nis enim, cuius auxilio utuntur artes, cum ad  
 iuuasset humanæ solertiæ demonstrationem,  
 eam antea occultatam seu latentem, in lucem  
 produ.

produxit. Qui autem aliquid ingenij uiribus  
 freti quærunt, antequam id inueniant, graui  
 di esse, & parturire dicuntur.

## DE MINERVA.

**M**inerva Iouis est intellectus, qui idem  
 esse fertur cum prouidentia, quæ in i  
 pso sita est. Hinc in honorem Mineruæ tem  
 pla prouidentia posita esse constat. Est è cere  
 bro Iouis prognata, nimirum quod ueteres in  
 ea corporis parte totius animæ regimen esse  
 uoluerunt. Hanc sententiam tenent & iu  
 niores. Quia suprema corporis humani pars,  
 caput est, sicuti etiã mudi pars summa existit  
 Aether. et in capite sedē habet, corporis regi  
 mē et prudētia. Deorū autē uertex siue pars su  
 prema est, iuxta Euripidē, lucens circaterrā  
 æther. Matre autē carere notū est Mineruā, uel  
 ideo, quod uirtutis generatio alia sit, quàm ut  
 ex coitu producatur. *μῆτις*, id est prudentiã  
 cū deuorasset Iupiter, tandē Mineruã genuit.  
 Siquidē cū prudentia et intelligētia polleret,  
 sapientiæ & intelligentiæ principatum nul  
 la alia ex re, quàm ex consultando, sibi pepe  
 rit. Difficulter nominis *ἄλκυονας* etymologia,  
 propter

propter uetustatem, inuestigari potest. Quidam  
 ἀδλωαῖν, id est Mineruā, ἀπὸ τῆς ἀδλῆς, id est  
 colligendo, deriuāt, quasi omnia in unum col-  
 ligat. Quidam adstruunt ἀδλωαῖν, id est Mi-  
 neruam, quamuis mulier sit, tamen nihil δυν-  
 αμύνη, id est effœminati & molliciei ha-  
 bere: & hinc ἀδλωαῖν, quasi mollitie caren-  
 tem, esse appellatam. Aliorum hæc nominis  
 ratio est. nempe quod uirtus nunquam con-  
 suerint δυνάμει, id est turpiter seruire, &  
 subijci. Nec desunt qui eius etymologiam ab  
 Aethere petunt. Hinc ueteres uocauerunt  
 eam Aetheroniam. Virginitas declarat pu-  
 ritatem & mundiciem Palladis. est enim uir-  
 tus pura, & ab omni humana fece segrega-  
 ta. Fingunt eam armis instructam, & arma-  
 tam descendisse in hanc lucem. Indicat au-  
 tē hoc figmentum, quod prudentia præpare-  
 tur & accingatur etiam ad maxima & diffi-  
 cilima negotia. Nam milites armati plurimum  
 nos iuuant. Hac causa moti ueteres, ei uirilita-  
 tem & truculentiam affinxerunt: quod mul-  
 tum uirilis animositatis & truculentie ipsius  
 oculorū glaucus color representet. Feræ e-  
 nim ro-

nim robustissimæ, ut sunt pardi et leones, glau-  
 eos habēt oculos: quorū splendor tantus est, ut  
 eos quis non facile ex aduerso intueri possit.  
 Quidam eam glaucis tradunt oculis toruam,  
 quod referat aerem, qui & ipse glaucus ap-  
 paret. Sanè perquam probabiliter dicitur si-  
 mul cum Ioue Aegidos esse particeps: quia nō  
 uideatur differre à Ioue etiam in ijs, quibus i-  
 pse ab omnibus excellenter distinguitur, om-  
 niq; potenter superat. Est autem ei Gorgo-  
 nis caput, è medio deæ pectore linguam exe-  
 rens. Quare hoc? Quod linguæ, id est ser-  
 monis usus, sit præclarissimum uniuersæ re-  
 rum dispositionis opus. Noctua & serpentes  
 ei consecrati sunt, propter nominum proprie-  
 tatis similitudinem: siquidem & ipsa non mi-  
 nus, ac prædicta alia, glaucos oculos habet.  
 Draco enim toruū tuetur, uigilia custodieq;  
 admodum accommodus perhibetur: in super  
 non facile capi potest. Hinc Homerus canit,  
 ὁ γὰρ γὰρ πᾶσι χροὶ ἐὶ δὲ Βελίφορον αἰ-  
 ῶσα.

Sunt qui eam nominant Atrytonam, ueluti à  
 nullo labore τριβομίνης, id est attritā: seu,  
 quod

quod Aether nullo modo atteratur. Tritogē-  
niam uocant ideo, quasi consceleratis & im-  
puris hominib. εγγυδοσσευ, id est ingeneran-  
tē duo ista mala, ut fugere, perpetuoq; treme-  
re cogantur. nam bellum cū malitia susceperunt.  
Alij autem putant sub hoc nomine con-  
tineri, philosophicarum quæstionum triplicis  
generis solertiores, quam antiquitus extite-  
rit, correctionem. Nūcupata est λυσις, ἀπὸ  
τῆς λύσεως, id est à prædā. Hanc autem appella-  
tionem magis inde nacta est, quod opes popu-  
losq; incolumes conseruet. Hinc non dubita-  
runt eam constituere, et domiciliorum uicq;  
præsidentem, utpote quæ sit prudentia. Hanc ob  
causam dicta est ἰεγουσιπολις, & πολιὰς, sicuti  
& Iupiter. Sunt enim Minerva & Iupiter  
urbium seduli inspectores, & conseruatores.  
Nomen Palladis habere fingitur, propter ui-  
rentem suam iuuentutem. unde etiam suū no-  
men παλλαιὸς ἢ παλλακίδα, id est pellices  
consequuta sunt. Est enim iuuentutis, saltare  
& adolescere. Collocatur autem in arcibus,  
ut ostendatur eos difficulter obsideri & ex-  
pugnari posse: aut quod eos qui fuga sibi cō-  
sulunt,

sulunt, inde conspicitur, & in sublimi loco  
constituat, secundū quod & ipsa naturæ pars  
est. Sunt qui eā ἀλαλκομυνησία & ἀγελία  
σλα uocant. illud nomen ἀπὸ τῆς ἀλαλκίης,  
id est à minando & ulciscendo deducentes:  
est enim ex seipsa ad ulciscendum & auxi-  
liandum satis instructa: unde & νίκη, id est  
uictoria appellata est. Hoc autem deriuatur  
ἀπὸ τῆς ἀγείης, id est ab eo quod agat & ducas  
populos: siue quod nullo modo dometur ἀγέ-  
λαίας βουσι, id est plurimis bubus, quas ple-  
runq; ei immolant. Tibiarum quoq; Mineruā  
inuentricem esse annotant, sicuti constat &  
reliqua præclara, quæ artes complectuntur,  
eam reperisse: unde & λανισκίη eam fecere  
antistitem. Abiecit autem tandem tibias, ut  
quarum cantus eneruent uiros, nec uiro de-  
coræ bellisq; aptæ esse uideantur. Oleum au-  
tem munus est, quod mortalibus dedit Miner-  
ua. Ideo autem Mineruæ donū esse creditur,  
quod semper in uirore sit, glaucumq; colorem  
præ se ferat. Oleum adulterari nequit per al-  
ium humorem, uerum semper in sua sinceri-  
tate persistit, itaq; nō dissimile uirginitati est.

48 CORNVTI LIBER  
ἀρετῆ δὲ, id est Martialis uocata est, quod sit  
dux quædam & gubernatrix bellorum, &  
propter iustitiam defendendam acriter pug-  
net. Efficacia enim, seu hominum uehemen-  
tia, est uirtutum omnium caput. Hippiam &  
Ἰππυππιον, id est equorum domatricem eam  
appellant, & Ἀσπίον ἔρα, id est hasta pun-  
gentem: alia etiam nomina plurima plurimi ip-  
si applicat. Erigunt in eius honorem trophæa,  
quæ constant ex lignis oleaginis. In primis  
tamen uictoriam Mineruæ assidere tradunt,  
quod uincenti uictoriam tribuat. Alata fingi-  
tur, quod ea negotia quæ subit, quàm celerrime  
procedat, nec ullo modo impediri possint,  
Ferunt Mineruam in Gigantomachia aristeia  
consequutam esse: & hac ratione impulsive  
terres, γιγαντοφόντιδα, id est Gigantum per-  
emptricem, eam dixere. Verisimile namq. est,  
primos homines, qui è terra nati sunt, fuisse  
uiolentos & truces, & in se mutuis cædib.  
seuuisse, quod nondum dijudicare possent cõ-  
munionis & societatis scintillam, quæ ipsis in  
erat, nec dum tamen in eis radices egerat. Dij  
autem, ueluti pungentes & admonentes, tan-  
dem

DE NAT. DEORVM. 49  
dem humanum genus peruicerunt. In primis  
tamen orationis diligentia & solertia eos de-  
bellauit, & iugo subdidit, adeo ut eos deturbã-  
rint & peremerint, id est in nouos homines  
conuerterint. In alios enim transierunt homi-  
nes. Hi enim, qui ex Gigantibus tandem sunt  
nati, à Pallade Minerua, id est à cognitione  
seu scientia ligati sunt.

DE MARTE ET ENNYO, SEU  
Bellona.

DI alij circa politica uersantur, nec ta-  
men simili modo reipublicæ statum de-  
corum, qui secundum rationem est, aut quem  
uera ratio dicitur, attingunt. Mars autem & Bel-  
lona quodammodo turbulentiore sunt. Lupi-  
ter enim negotia faceffit animalibus, dum ea  
in concertationem deducit. Nec huiusmodi  
concertationes inutiles sunt, dum in eas de-  
truduntur, ex hominibus. Prælium enim, quod  
constat uiris armatis, interdum excitat lupiter,  
ut generositatem fortitudinemq. mutua bene-  
uolentia, quod uirtutis proprium est, prosequan-  
tur. Et propter hanc causam Mars Iouis filius  
esse putatur. Bellonam autem, seu Ennyo ip-  
sius

sus alumnā quidam, quidam matrem, quidā  
 filiā existimarunt. Differunt autem nihil.  
 Ennyo est, quæ furorem & robur suppedi-  
 tat præliantibus. Vel sic dicitur, secundū be-  
 ne ominandi morem, quasi nequaquam mitis  
 & æqua sit. ἄγριος autē hanc appellationē ob-  
 tinuit ab ἀγρῆς & ἀναγρῆς, id est à tollēdo et  
 occidendo: aut ἀπὸ τῶ ἀπᾶς, id est à damno,  
 quod dare soleat: aut eum hoc nomine appel-  
 lant blandiētēs ἀπὸ τῶ ἀποῶα, id est à concin-  
 nando, & in concentum adducendo. Nā uis  
 effectiuares omnes in consonantiam redigit.  
 Hinc tale quid habere ueteres dixerunt Har-  
 moniam, quam ex Marte procreatam esse asse-  
 ruerunt. Rectē etiam uocatur occisor, populo-  
 rum intersector, iubilans, & furiosus. nam  
 uox maxima, clamorq; inconditus edi solet,  
 dum prælium feruet à pugnantibus. Vnde qui-  
 dam ei asinos immolant, propter turbulentiā,  
 & ruditus magnitudinem. Quidam uerò ca-  
 nes ei sacrificant. Est enim canis audax, et, ex  
 insidijs ut aliquē audacter adoriatur, idoneus.  
 Honorari autem uel maximē à Thracibus &  
 Scythijs, & ab istiusmodi gentibus fertur. A-  
 pud

pud hos enim exercitium militare uiget, si qui-  
 dem inepti sunt ad disceptationes dirimendas  
 iure. Vulturē auem sacram esse Marti dicūt,  
 quod tales istic plurimæ uolūt aues, ubi strag-  
 ges hominumq; cædes futura est, quam cantu  
 suo prænunciant.

## DE NEPTVNO.

Sequitur ὁ puer, ut de Neptuno uerba fa-  
 Sciamus. Prædiximus, ut suprā habetur,  
 Neptunum esse eundem cum ea potētia et uir-  
 tute, quam humor continet. Idem autem nūc  
 latius exponendum est. Primò igitur Neptu-  
 num φερτῶλυος uocant. Nominis huius ra-  
 tio est, quòd omnia quæ terra profundit, hu-  
 moris ui & efficacia fiant. φεροσχηθῶα, σε-  
 σχηθῶα, φεροσχηθῶα, τινεκτογαγαλιν, quæ  
 epitheta omnia terræ motorem significat,  
 hinc Neptunum appellant, quasi alia quædā  
 terræ motuum causa sit, quam ea secundum  
 quam aiunt loca terræ cauernosa excipere  
 inundationes maris, & aliorum fluminum, a-  
 quarumq;. Spiritus enim qui in terræ uisceribus  
 sunt, cum angustijs includuntur, exitum  
 quærunt. Erumpentes autem, terram mouēt,

& frangunt. Eruptio illa interdum mugitum  
 edit, quæ ratio sanè in manifesto est. A qui-  
 busdam  $\mu\upsilon\kappa\eta\tau\acute{\alpha}\varsigma$ , id est mugitor dictus est.  
 Mare enim talem quendã sonum reddit. Hinc  
 $\delta\acute{\alpha}\lambda\alpha\sigma\sigma\alpha$ , id est mare sequentia epitheta ac-  
 quisit:  $\nu\chi\eta\sigma\sigma\alpha$ , id est sonorum:  $\acute{\alpha}\gamma\acute{\alpha}\sigma\sigma\omicron\varsigma$ ,  
 id est ualde suspirans & ingemiscens:  $\pi\omicron\lambda\upsilon$   
 $\phi\omicron\delta\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ , id est multifonum. Hinc certe Ne-  
 ptuno taurorum sacrificia conueniunt. Sacri-  
 ficant autem eius in honorem tauros atros,  
 propter maris colorem demonstrandum. Nã  
 ferunt pelagi aquam nigram aspectu putari:  
 & propterea nõ ab re  $\nu\upsilon\epsilon\upsilon\sigma\chi\epsilon\tau\lambda\omega$ , id est te-  
 nentem cæruleum siue nigrum iubar, eum uo-  
 citauerūt. Fingitur etiã ueste nigra esse indu-  
 tus. Hinc ansam quidam acceperunt, ut flu-  
 uios quoq; cornutos, & tauricum tuentes pin-  
 gant, quasi uiolentum quiddam, & mugitum  
 rapidus eorum cursus ostendet. Scamander e-  
 nim apud poetam,  
 Generosus ut quondam taurus.  
 Quandoq; nominatur  $\gamma\alpha\iota\iota\chi\omicron$ , id est terrã  
 continens, &  $\theta\epsilon\mu\epsilon\lambda\iota\delta\chi\omicron$ , id est fundamen-  
 ta tenens. Immolant autẽ ei talpas ubiq; qua-  
 si in

sin ipso situm sit, ut domicilia & ædificia,  
 quæ terræ insistant, non corruant, uerum fir-  
 ma permaneant. Tridentem autem loco sce-  
 ptri gerit, nimirum quod piscatores, quando  
 piscibus insidiantur, plurimum tridente utan-  
 tur: aut quod trifulcum hoc instrumentum  
 admodum idoneum sit ad terram mouendam.  
 Sic enim scriptum est:  
 Neptunusq; manu gestans utraq; tridentem,  
 Cuncta foras protrudens fundamenta præ-  
 ibat.

Etiã aliquid secreti latet in Tritone: unde Am-  
 phitrite dicitur. Tritonis autẽ etymologia de-  
 sumitur nimirum &  $\acute{\alpha}\rho\epsilon\ \tau\omicron\ \rho\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ , id est à  
 fluxu: siue  $\acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\ \tau\omicron\sigma\epsilon\upsilon$ , quod tremere signi-  
 ficat, per antiphrasin. Triton autem biformis  
 est. Habet enim partem hominis, & partem  
 ceti. Quare hoc? Siquidem humoris poten-  
 tia partim quidem utilis, partim uero damnosa  
 est. Nominant Neptunum  $\delta\upsilon\gamma\upsilon\sigma\omicron\pi\omicron\upsilon\upsilon$ , id est  
 spaciosum, seu pectore uasto, propter maris la-  
 titudinem. Sicuti dictum est:

Pelagi latissima terga.

Eadem ratio ei & hoc nominis imposuit, ut

nūcupetur *Ὀυγυέδωυ*, id est late imperitās.  
 Accedit huc, *Ὀυβόας*, id est late reboās. *Ἴπ-  
 τω* aut, id est equestris nominatur propter  
 marinae nauigationis celeritatem, dum in ma-  
 ri nauibus nō secus ac in terra equis utimur.  
 Hinc occasione sumpta equorum praesidem  
 eum fecerunt iuniores. Quidam non cunctā  
 tur eum *νυμφαγέτω*, id est nympharum an-  
 tistitem, & *ὄνομα*, id est fontium praesidē  
 appellare. Sunt enim Nymphæ potabilium a-  
 quarū fontes: sic dictæ aut *ἀπὸ τοῦ νεῖαι φαί-  
 νεῖς*, id est quod semper recentes appareant  
 & nouæ. aut *ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι*, id est quod  
 semper luceant & splendēant. Hinc etiā spon-  
 sas nymphas dicimus, quod hætenus in pene-  
 tralibus latuerint, et nunc primum appareāt.  
 Eadem ratione proditum est Pegasus esse Ne-  
 ptuni filium, sic *ἀπὸ τοῦ πηγάς*, id est a fonti-  
 bus nominatū. Hinc propter uiolentiam ma-  
 ris, omnes uiolenti & praefracti homines, ut  
 Cyclops, Lestrygones, & Aloides, Neptuni  
 esse filij perhibentur.

De

DE NEREO.

**N**ereus mare est. Hanc appellationem  
 traxit *ἀπὸ τοῦ νεῖδω*, id est a natādo,  
 quod per ipsum mare natemus. Fingunt Ne-  
 reum uirum esse senem. Causa est, quod ceu-  
 canicies aliqua in medijs fluctibus spuma cer-  
 natur. Nam Leucothoe, quæ Nerei filia est, ta-  
 le quiddam indicat, quasi sit albedo spumæ.

DE VENERE.

**V**erisimile est Venerem nulla alia ratio-  
 ne in mari natam esse dici, quā quod  
 ea causa quæ omnia efficit, humorem & mo-  
 tum requirat. Vtraq; autem hæc largissima ha-  
 bet mare. Hanc sententiam quodammodo te-  
 nere & assequi uidentur, qui eam Dianæ esse  
 filiam commemorarunt. Est enim humor *δι-  
 σφόδρ*, id est splendidum quiddam & uiuidum.  
*ἀπὸ δὲ ἵππου* autem est ea potentia quæ produ-  
 cit masculum & femellam: nimirum ideo,  
 quod *ἀπὸ τοῦ νεῖ*, id est spumantia sint animalium  
 semina, hoc nomen obtinuit. Euripides autē  
 eius etymologiam hinc deflectit, quod a Ve-  
 nere capti, sint *ἀπὸ γοῶν*, id est stulti, insani, in-  
 sipientes. Pulcherrima autem forma esse Ve-

D 4 nus

nus prædita fingitur, quod hominibus dona-  
uerit concubitus uoluptatem, longe quam re-  
liqua alia experiantur, excellentiorem. Deco-  
ratur epitheto  $\text{Ἐρωδίας}$ , id est risu gaudēs,  
& quod libenter in risum soluat. Causa ue-  
ro huius epitheti est, quod lætitia & risus fre-  
quentes circa uenereum actum uersentur, et  
ipsi sint perquam familiares. Veneri autem as-  
sident Gratia, eiusq; comites sunt & affectæ  
Suadela & Mercurius. Quare autem? Quod  
hi qui amantur, oratione & gratia capiuntur:  
aut uoluptas, qua nos Venus in concubitu per-  
fundit, huius comitatus Veneri causa est.  
Cythereæ appellationē inuenit, propter  $\text{Ἐνί-  
σους}$ , id est impregnationes, quæ concubitum  
sequuntur: aut quod plerūq; soleat  $\text{ἠαβῆδου}$ ,  
id est immittere siue sedare cupiditates Vene-  
reas. Hinc Cytherorum insula Veneri sa-  
cra iudicatur. Eadem ratione & Cyprus ei  
consecrata est, propter nominis similitudinē.  
Alludit enim et ipsa ad dictionē  $\text{Ἐννοῖς}$ , id est  
impregnationem. Paphus autem proprie Ve-  
neris sedes esse creditur. Hinc nuncupatur  
Paphia, nimirū per defectum,  $\text{ἄνω τοῦ ἄνω-  
Ἐρωτος}$ ,

$\text{Ἐρωτος}$ , id est à decipiēdo. Hesiodus enim ri-  
sum & dolum ei assignat. Homerus autem:  
Colloquium blandum, quo fallitur et sapiens  
uir.

Cestus autem cingulum est, sic dictus, quasi  
sit  $\text{Ἐκασπιδί}$ , id est mirabili opere exorna-  
tus. aut quasi  $\text{Ἐκασπιδί}$ , id est ab eo sic  
appellatus, quasi simulet in Venerem ua-  
riamq; ligandi & decipiēdi potentiā habeat.  
Designatur & his tribus nominibus,  $\text{Ἐραία}$   
id est cælestis,  $\text{Ἐραία}$ , id est uulgaris, &  
 $\text{Ἐραία}$ , id est rerum omnium causa. Quid  
autem sibi uolunt ista nomina? Nempe quod  
Veneris potētia & uis, in cælo, in terra, et in  
mari cernatur. Irrita autem esse, & nullis pœ-  
nis digna Venerea iuramenta, ueteres fabula-  
ti sunt. Quamuis enim facilis sit ad sui copiā  
cuius faciendā Venus, attamen ad iuramen-  
ta eos compellit qui se ambiunt. Inter aues au-  
tem nulla æquē ac colūba, propter suam puri-  
tatem & amoris illecebras gaudet. Est enim  
admodum amabilis, ueriq; amoris propter o-  
sculandi morem symbolum. Suem autem, pro-  
pter suam immundiciem planē auersatur Ve-

nus. Inter plātas myrtus Veneri dedicata est, quia & hæc planta facit ad amores concilians. Etiam philura ei sacra est, quia apposita uenerem ciat; & in primis ad nectendas coronas ea utuntur. Cauent autem, ne Veneri buxum offerant, expiātes suam salacitatem.

## DE CUPIDINE SEV AMORE.

**N**il mirum si Veneri, quam modo depinximus, cohabitaret Cupido, simulq; cū ista colatur, cum plurimi eum Veneris esse filium confesi sint. Puer esse fingitur, quod plane mente careant, deceptioniq; obnoxij sint, quotquot amori operam dant. Alatus est, quia & cædium interdum est author. Potissima autem causa ob quam pennatus, seu alis instructus Cupido narratur, hæc est, quod impetu quodam in hominum animos inuolet. Sagittas tenere fingitur: quia illi qui Cupidinis sagittis uulnerātur, non secus ac alij uulnerati quorum corpus læsum est dolent, neq; appropinquare neq; attingere quos amant, audent, uerum à longe eos intuentur stupentes. Fax ei traditur, quia uidetur inflammare animos. ἔρωτα, id est amorē, Cupidinem esse dictū, uerisimile

Verisimile est, ab inquisitione eorum quos amantes inquirunt. ἔρωτῶ enim, apud Græcos etiam inquirere significat, ut in hoc hemistichio:

ἴθ' αὖτ' ἴππους ἔρωτῶ, id est, Ito, & equos eius quaeras.

Hinc arbitror ἐπισυνῆν, id est scrutationem appellatam. Plures autem et uarij amores feruntur, propter amorum uarietatem, & quod per multos huiusmodi affeclas Venus, seu Venerea uoluptas nobis erogetur. Cupido & ἱμερός, id est desiderabilis uocatur, ἀπό τῶ ἱμερόσ, id est quod incitetur, et φῆρεδρα, id est feratur ad fruitionē eorum qui sunt forma bona et liberali. Aut hæc appellationē consequutus est propter mētis extensionē, ἀπὸ τῶ ἀπῶμα, ἢ ἀπῶμα, id est quod amatores stultescant et delirēt, nec mētis amplius cōpotes sint. πόθος, id est desideriiū nominatur, ad imitationē osculorū figendorū, unde nomē suum nactus est papa. Aut τῶθ' ἔρω, siue desiderium dicitur Cupido, quod amatores multa & in hūc modum suos amores interrogēt: unde ueniāt, & ubi fuerint. Quidam putant hinc uniuersum

sum mundum esse amorem, pulchrum, uenustum, recentem: simul etiam omnium antiquissimum, multo igne utentem, uelocem, quasi instar sagittæ & auis uolucris motum suum peragat.

## DE ATLANTE.

**H**Vnc uolunt dici Atlantem, quasi sine labore, & ἀταλαπύργος, citra molestiam omnia ea perficiat & absoluat, quorum ipse naturaliter causa esse fertur. Non secus etiam cælum suis humeris gestare dicitur. Habere autem fingitur columnas lōgas, quæ sanè elementorum potentiam & uires de notant, secundū quas quædam sursum, quædā uero deorsum tendunt. His enim lationibus duabus terra continetur. ὀλοόφρονά eum uocant, ut qui de uniuersa rerum natura sedulo cogitet, eiusq; partium omnium salutem procuret. Eum esse Pleiadum patrem testantur, uolentes indicare, quòd genuerit astra, quæ πλείονα, id est plurima sunt. Eundem eum esse ueteres pronunciarunt cum Astræo & Athamante, cum Astræo, quod non efficiat ut hoc uniuersum subsistat, licet pulchro ordine

dine moueri uideatur, uerum quasi ἀνεμεπτός, id est irrequietus & quiescere nescius quispiam sit. cum Athamante autem idem esse creditur, quod nulli corruptioni sit mundus obnoxius, uereq; absolutus et perfectus, multamq; θαυμάσιον, id est admirationem ijs ingeneret, qui decentem ipsius dispositionem considerare instituunt.

## DE PANE.

**T**Alem quempiam & Pana esse non dubito, siquidem & ipse cum hoc uniuerso idem est. Inferior pars huius dei hispida est, et hircum refert, ad designandam asperitatem terræ. Superior autem pars similis est hominī. nam æther, propterea quod in ipso ratio sita sit, tenet totius mundi imperium. Lasciuum et libidinosum eum fingunt, propter multas seminum causas, & commixtiones quæ ex ipsis fiunt. In locis desertis eum morari tradunt, ut eius unitatem ostendant. Mundus enim est unicus, et unigenitus. Nymphas persequitur, siquidem gaudet exhalationibus, quæ ex humido prodeūt, sine quibus impossibile est ut mundus appareat. Indutus esse dicitur nebride,

aut pelle pardi, tum propter pulchram rerum  
 omnium uarietatem, tum etiam propter colo-  
 res qui in mundo cernuntur.  $\alpha\upsilon\rho\tau\upsilon\mu$  eum ap-  
 pellat, siue quod à uentis omnibus perflatur  
 $\alpha\epsilon\rho\tau\omega\sigma\upsilon\rho\iota\tau\eta\delta\upsilon$ , id est à flando: siue quod ad  
 saltandi ritum sit minus aptus, & more rusti-  
 corum qui politiorē musam non degustarunt,  
 subsultet,  $\alpha\epsilon\rho\tau\omega\sigma\upsilon\rho\iota\tau\alpha\delta$ , id est à saltando.  
 Quod autem plerunq; in montibus & spe-  
 luncis uersatur, factum est ut coronam e pinò  
 arbore sortiretur. Hæc enim arbor montanū  
 quippiam & magnificum habet. Nihil pro-  
 hibet quin etiam Panicos tumultus dicamus,  
 qui subito & sine ratione certa exoriuntur.  
 Sic enim interdum armenta et greges terren-  
 tur, dum sonus quidam subitus e sylua, aut ex  
 antris, aut ex terræ uoraginibus affertur. Re-  
 cte eum pecoris, quod gregatim pascitur, cu-  
 stodem fecerunt: nimirū quod gregibus præ-  
 sit. Fingitur cornutus, & bifidos habere pe-  
 des, idem etiā aures eius prominētes nimium  
 indicant. Fuerit fortassis hic et Priapus, cuius  
 ui omnia in lucem prorumpunt. Sunt autē am-  
 bo e numero antiquorum dæmonum. & Pria-  
 pum

pum fœcundum esse asseruerunt, propter ea  
 quæ speculatione naturæ, seu naturali de-  
 prehenderant. Magnitudo autem membri ui-  
 rilis, abundantem in eo membro seminalē ma-  
 teriam significat. Omnigeni fructus quos si-  
 nu gerit, indicant fructuum copiam qui intra  
 terræ sinum statis temporibus & nascuntur  
 & ostenduntur. Traditur esse hortorum &  
 uinearum custos: est enim generantis ea ser-  
 uare & tutari, quæ genuerit. Hac de causa eū  
 Iouis seruatoris prolem esse quidam confirma-  
 runt. Fertilitatis & mundiciei indicium sunt  
 uinæ: uarietatem autem et delectationem, et  
 facilem generationem horti denotant: in pri-  
 mis tamen, cum plerūq; tali ueste Priapus sit  
 amictus. Falcem manu gerit, cuius usus est in  
 amputandis uitibus. Falx autem indicat, eius-  
 dem esse potentiæ aliqua producere, eadē pro-  
 ducta denuò excindere & perdere. In sinua-  
 tur quoq; per falcē eius, esse qui quid custodi-  
 at, ut se armis accingat ad cautiore eius custo-  
 diā. Bonus esse dæmō fingitur: & mūdus for-  
 sa is bonus dæmō est, qui riget, & fremit fru-  
 ctuū decora fertilitate, Aut bonus ille dæmō  
 est

est anima mundi, quæ hoc uniuersum gubernet, & cuiuslibet necessaria distribuit, & diuidit, quasi bonus sit Iupiter distributor & diuisor. Artifex autem, & domesticorum seruator perhibetur ideo, quod honeste domū suā regat & seruet, se: ipsum ut exemplū, quod imitentur, reliquis præbeat. Copiæ cornu, quod propriam demonstrat eius prudentiam, significat eum omnia administrare, ut statis temporibus quæque proueniant: & eius diligentiam non ad unum aliquod solum porrigi, uerum ad omnia protendi, & suo ambitu quàm plurima & iucunda uarietate respersa copiosè & confertim suppeditet: & ea denuò depopuletur, ut ad laborandum iterum conuertat homines, quasi laborantes & non ociantes bona consequantur.

## DE CERERE ET VESTA.

Consequenter (ô puer) & de Cerere & Vesta uerba fundenda sunt. Vtraque autem non uidetur alia à terra esse. Hæc enim *Ἔρως* id est quod stet toto conserta, *Ἔρως*, id est Vestam ueteres dixerunt: aut quod ipsi innitatur et insistat, tanquā in fundamen

to quo.

to quodam, uniuersus mundus. Illam autem, quod instar matris pariat & enutriet omnia, *Ἄρως* nominarunt, quasi sit matrix terræ, aut Iouis mater. Siquidē quæcūque fundit alma humus, ea Iouis beneficio nostra sunt, ut inde comedamus et conuiuemur. Aut quod in terra *Ἄρως*, id est inuenire possumus, quæ uel maxime exquirimus. Vestæ esse uirginē docemur. Quare autem hoc? Ut sciamus per istā Vestæ uirginitatem portendi, motum perpetuum & continuum nihil generare. & ideo à uirgine sacerdote custoditur & colitur. Ceres autem nequaquam sterilis esse scribitur. peperit enim Coren, quasi *κόρη*, id est saturitatem: quæ sanè materia est, qua nutrimur, & satiamur ad saturitatem usque. Ignis autem perpetuus Vestæ dicatus est, quod uideatur plurimis et ipsam esse ens, nimirum ignis iste perpetuus Vestæ consecratus ostendit, ipsam esse causam eius ignis qui in mundo est, quasi eius uixortus sit. Est & alia causa perpetui ignis, nempe quod terra fecunda mater sit animi malium omnium, & suam uitam ab igne habeat, Forma Vestæ, sicuti picturæ indicant,

E rotunda

rotunda est, & per medios collocatur humeros: siquidem & terra rotunda est, & in hunc modum conglobata ponitur. Vnde terra, quasi per imitationem,  $\chi\alpha\lambda\upsilon$  dicta est, nimirum  $\alpha\text{-}\tau\omicron\ \tau\omega\ \chi\alpha\iota\delta\epsilon\alpha$ , id est à fundendo: aut  $\alpha\text{-}\tau\omicron\ \chi\omega\gamma\epsilon\upsilon$ , quod capiat omnia. iuxta id quod traditum est,

$\epsilon\delta\omicron\varsigma\ \alpha\mu\phi\omicron\tau\epsilon\gamma\omega\upsilon\ \omicron\delta\epsilon\ \chi\epsilon\iota\tau\alpha\iota.$

Vtrosq; hoc limen capiet.

Fabulantur aut eam primam & nouissimam esse factam: quia in eam a se facta resoluuntur, & de nouo fiunt resoluta per ipsam. Hinc Græci ab ipsa sacrificandi initium fecere, & eadem sacrificiorum fuit finis. Coronas ei albas imponunt. Causa est, quod undiq; ab albissimo & candidissimo elemento cingatur & contegatur. Ceres autem, quandoquidem traditur segetem proferre, admodum proprie coronam aristis grauem gerit. Est enim perquam necessarius homini uictus cicuratus, & non belluinus. Frumentum autem est ille cibus, qui præ reliquis animalibus homini datus est. Triptolemus uero Eleusinus fertur per uniuersum orbem disseminasse frumentum, cum uerberetur  
à CURRU

à curru Cereris, quæ uolantes serpentes trahabant. Videtur enim hic primus è numero antiquorum, omnia perlustrasse: & cū Deus largiore scientia eum imbuisset, intellexisse tandem quo pacto cum hordeo sit agendum, ut à paleis sit separandum, & ut sit terendum. Hinc & leuios ad seminationem idoneus esse perhibetur. Hinc quoq; nomen accepit is, qui terit  $\epsilon\lambda\alpha\epsilon\varsigma$ .  $\epsilon\lambda\alpha\epsilon$  autem dictio, si eam interpretaris, hordeum significat. Eleusis autem locus est, ubi hordei usus primò est repertus. Ceres etiam nomē à loco traxit, ut dicatur Eleusinia, quasi istic planè inuētus sit cibus homini conueniens, qui sanè reuera beatæ uitæ hominibus causa est. Pluto traditur Proserpinam Cereris filiam rapuisse. Huius figmenti causa est, quod semina Cerealia ad tempus aliquod terra occultantur. Addita est & Cereris taciturnitas, & inquisitio filiae per totum orbem. Hinc fabulæ non dissimile est illud Aegypti, nempe inquisitus Osyris ab Iside, & tandem repertus. Cui respondet Adonis, quod quotannis sex mensibus in terra lateat, et sex mensibus appareat. sic dictus  $\alpha\text{-}\tau\omicron\ \alpha\delta\omicron\epsilon\upsilon$ , id est  
E 2 quod

quod nos satiet Cereali cibo. Dicitur & porcos interfecisse, quia istud animal segetem depascere & vastare consueuerit. Aut istud animal designat dētem uomemis, cuius ope sulcis semina condere solent agricolæ. Aiunt autē Adonis uitam ita esse ordinatam, ut ex æquo nunc conuiuat Veneri, nunc Proserpinæ: qua ratione uero id fiat, supra in ratione seminis explanauimus. Proserpinam quidam nuncupauerunt sororem Cereris. Huius appellationis causa est, quod sit laboriosa, & labores quoslibet fortiter tolerare possit: aut quod omnia strenue perferat. In eius honorem solent homines sibi ieiunium imperare, aut quod eā ieiunijs honorent ritu quodam quem ipsa dicitur: aut quod uelint abstinere diurno temporis spacio à muneribus, quæ à Cerere acceperint: aut caueant, siue euitent annonæ caritatem, quam quondam immittere Cerere, grauius experti sunt. Vbi primum autem terram cultu repetierunt, semenq; sparserunt, pars debitorum, quæ sibi tempore famis contraxerant, abolita est. Quapropter eo tempore, quo sementē homines faciunt, eam colere solent.

Verno

Verno autem tempore, Cereri cessitē et herbas sacrificant, multis cum iocis & gaudijs, cernentes omnia uirescere, & magnam fertilitatis spem præbere. Hinc Pluto, id est diuitiæ, Cereris filius esse putatur. Bene nanq; dictum est,

Inter diuitias rerum pars optima, stulte,  
Hordea sunt, & farra.

Et sanè quodammodo laborare inopia earum rerum quæ ad uictum pertinent, contrarium est diuitijs, ad quod respiciens Hesiodus, sic canit:

Sis operi intentus Persa, quo dira fames te  
Oderit, atq; Ceres deamet redimita coronis.  
Immolant autem Cereri admodum cōuenienter sues prægnantes, propter terræ fertilitatem, & facilem conceptum, & absolutam maturitatem. Offeritur Cereri etiam papauer. Ratio autem oblationis est talis. Papaueris rotunditas & globus, terræ formam, quæ spherica est, repræsentat. Papaueris autē inæqualitas, indicat terræ ualles, & montium cacumina. Interiora autem papaueris, similia sunt arboribus & cauernis terræ. Per semina in-

E 3 numerabi-

numerabilia terræ fecundam generationem intellige. Propter terræ fertilitatem cessarūt mortales dubia & minus sufficientia alimenta habere. Hinc etiam quædam seponunt, ut famem anteuertant, & recenti frumento uescuntur. Iuste sanè quidam Cererem iuris auctorem, legumq; conditricem dixerunt. Quapropter eam  $\delta\epsilon\sigma\mu\omicron\beta\epsilon\tau\lambda\omega$ , quasi legumlatricem nuncupant, cum quidam non rectè hanc nominis etymologiam  $\alpha\epsilon\pi\tau\omicron\delta\epsilon\pi\tau\iota\beta\epsilon\delta\omega$ , id est quasi frumenta seponat, deducant. Mortales ceperunt mysteria in eius honorem celebrare, incumbentes inuentioni earum rerum, quæ ad uitam bene transigendam sunt utiles, gaudentesq; panegyri ista mystica, ut testimonio quodam, quod desierint mutuò propter uitæ et necessaria digladiari.  $\mu\upsilon\sigma\tau\iota\alpha\gamma$  enim saturari significat. Haud à uero abhorret, hinc mysteria esse appellata. Propterea à quibusdā Mysia uocatur.

## DE HORIS.

**N**on dissimili ratione motus Iupiter fertur ex Themide sustulisse Horas, à quibus omnia bona, quæ nobis adsunt, custodiuntur &

tur & seruantur. Vnam Eunomiam uocant, propter æquam earum rerum, quæ nobis obueniunt, distributionem. Alteram  $\delta\iota\kappa\tau\iota\omega$ , id est ius, seu iustitiam uocant, quod iure contententium lites dirimat. Tertiam uero  $\epsilon\iota\pi\eta\lambda\omega$ , id est pacem nominant, quasi ratione & non armis lites consopiat. Nam ueteres etiam rationem pacem esse dixerūt.  $\pi\omicron\lambda\epsilon\mu$  & autem, id est bellum, nomen inde habet, quod plurimi in bello prælijsq; occumbant, & desiderantur. Aut nomen id acquisiuit  $\epsilon\epsilon\pi\tau\omega\lambda\omicron\mu\alpha\epsilon\varsigma$ , id est quod soleamus niti dolo & fraude, ut aduersarios nostros uincamus.

## DE BACCHO.

**S**ecundum quandam rationem reconditā etiam Bacchus pacis nomen meretur: circum namq; plantarū & arborum tum præses, tum dator existit. Propter has enim conseruandas, fœdera ineuntur. Nam hostium arbores cæduntur: quod ut euitent, ad fœdera sancienda conuolant. Dum autem alma regnat & candida pax, conuiuiorum celebritates, quæ postulant necessariò uinum, feruēt. Vinum autem uocatur  $\delta\iota\omicron\nu\upsilon\varsigma$  &, sine  $\delta\iota\omicron\nu\upsilon$

☉, quasi aperiat nos: siue *διάνυσος*, id est  
 quasi suauiter in nos transeat, iucundeq; illa-  
 batur: aut *διάνυτος*, literarum cōuersione,  
 & in ο & λ in υ, id est quasi nos soluat. Hac no-  
 minis ratione eum Alysium & Lyæū cogno-  
 minarunt, quasi dissoluat & abigat curas om-  
 nes. Quidam nomen hoc inde deducūt, quod  
 in monte prima Bacchi opera prouenerit ui-  
 nea, & sic in consuetudinem uulgi abiisse. Di-  
 citur Bacchus ui ignis partu esse expulsus:  
 per quod significatur uini calor & potentia,  
 qua homines incendit atq; inflamat. Habet  
 enim uinum (ut testantur poetæ) æquale cum  
 igne robur. Insutus est femori Iouis, ut partus  
 immaturus ad maturitatem & perfectionem  
 ueniret. Quid sibi uult hoc figmētum? Quod  
 uinum pedibus, qui per scemora significatur,  
 calcatum, ad perfectionem festinet. Prima e-  
 nim botrorum digestio & concoctio non est  
 usui idonea. ubi aut pedib. calcati fuerint, pro-  
 manat uinū, & perfectionē accipere incipit.  
 Prima uini cōcoctio et digestio est, quæ fit tē-  
 poris ratione per calorem solariū radiorū fer-  
 uente æstu. Secunda est, quæ fit pedum mini-  
 ste-

sterio per calcationem, qua uinum è botris eli-  
 citur & exprimitur: quasi id necessario femo-  
 rum ui contingat. Bacchus & Bromius dici-  
 tur, quod hi qui uinum calcibus expresserūt,  
 eo utantur primi: aut, quod uinum, ubi ad e-  
 brietatem usq; biberint, tandē ad iocos in con-  
 uuijs profiliant (sic malle legere: tandem  
 ubi turbas procedente ebrietate dederint, in  
 uincula istis in locis rapiantur.) Demētia au-  
 tem & furoris symbolum sunt, *Satyri*: sic di-  
 citi *ἔχοντες σιδηροὺς*, id est quod rideāt instar  
 canum ora distendentes. *σκιεῖ δὲ*, id est  
 Salijs, *ἔχοντες τὸ σκαίπευ*, quod saltare & tripu-  
 diare significat. *Sileni* autem nomen accepe-  
 rūt, *ἔχοντες τὸ σιλαίπευ*, id est quod cōuicijs pro-  
 scindant quoslibet. At *Senidæ* nomen nacti  
 sunt *ἔχοντες τὸ σενέυ*, id est impetu ruere, impe-  
 tu ferri. Per hæc omnia tanquam sub ænigma-  
 te declaratur, quàm effceminata & mollis sit  
 compotantium & ebrietati operam dantium  
 sapientia. Huius rei manifestandæ gratia in-  
 ducitur muliebri forma, & cornua ei attri-  
 buuntur, ut corniger dicatur. Quare autem?  
 Quasi uires omnes omneq; robur ebrij planē

eneruati amittant. Interim tamen, cuius cornua argumentum sunt, utuntur, impetuant, retentuant, sunt difficiles. Vestitus uarietas autumnis speciosam uarietatem ob oculos ponit. Simulachra Bacchi pleraque ponuntur nuda, ut ostendat morum detectionem, quae in comotationibus, ubi plus satis adbibitur, accidere solet. hinc uinum Graecis uere ovis dicitur. Interdum etiam ex meri liberiore potu uaticinia excidere consueuerunt. Ad designandos ebriorum tumultus, commodissime cymbalorum & tympanorum adhibetur sonus, quae ad celebranda orgia afferunt. Tibia autem in usu est apud plerosque, quando uuas decerpunt, botrosque colligunt. Thyrsus in dicio est, pedes ebriorum non suum facere officium, propterea desiderari a quibus fulciatur. Nec desunt thyrsi, qui occulta hastilia continent, quasi raro dilabantur conuiuia, quibus copiosus praest Bacchus, citra calamitatem aliquam, & uulnera, in quae contumelijs prouocati & furore exciti ferantur. Hinc Bacchus appellatur Manalus; et mulieres, a quibus colitur manades, iuuentutem & senectutem

tem refert Bacchus, quasi uinum omni aetati sit accommodum: iuuenibus id bibentibus largius & abundantius, nec sine tumultu: senibus autem suauius, & maiore cum iucunditate. Comitum autem Bacchi quidam traduntur cum Nymphis concubuisse, magna cum suauitate: quidam uero Nymphas ad concubitum sollicitare finguntur iocis, et etiam uim nymphis facere interdum. Figmenti huius causa est, quod uinum, si admisceatur aqua, utile & salubre sit. Curru Bacchi iunguntur pardi, eundemque quidam pardi sequuntur. Hoc fit aut propter uarietatem colorum: nam Bacchus ipse indutus est nebride, eademque uelatae sunt Maenades. aut ut demonstraretur, nullius hominis mores adeo esse efferos, ut non queant moderato uini potu mitescere. Hircus Baccho immolatur. solet enim hoc animal uineas & ficos uastare. Propterea caprum excoriantes, in uentrem insiliunt per Atticos uicos rustica iuuentus. Aut gaudet nimirum tali sacrificio, cum & ipse hircus esse feratur. et hac eadem de causa, & asini in eius solennitatibus frequentes sunt. Priapi, seu Phalli Baccho consecrantur,

& ordines ducuntur. Habet enim naturalem  
 quandam uim ad amicitias conciliandas ui-  
 num. Quapropter quidam inebriantur in ho-  
 norem Bacchi & Veneris. Ferula autem, quā  
 manu tenet, per obliquitatem articulorum no-  
 dosam, significat titubantes ebrios hinc inde  
 uacillare: præterea indicat eosdem esse & ce-  
 leres, portatūq; faciles. Nec non eiusdem uir-  
 gæ articuli declarant ebriorum loquacitatē,  
 quasi articulata esse. Menades uagantur in  
 montibus, & solitudinem complectuntur a-  
 more. Quare? Quod non in urbibus, uerum  
 in agris uinum nascatur. Bacchus etiam Di-  
 thyrambus dicitur, quod aperiat, ubi plus sa-  
 tis biberimus, animos nostros, & quasi per du-  
 as ianuas eloquamur, & ostendamus ea quæ  
 cælanda erant. Aut huius nominis ista causa  
 est, quod merum impellat homines, ut in ia-  
 nuas ascēdant, inde quoq; interdum decidāt,  
 & fores effringant, & repagula concutiant  
 infringantq;. Triumphus, qui deuictis hosti-  
 bus agitur, hoc nomen sortitus est ἀκτῶν  
 ἄρσις, id est ab accinendo, & ἀκτῶν ἰαμβῶν  
 ἄρσις, id est à iambis canendis, aut à iocando:  
 siquidem

siquidē in triūphis solent plurimis uti anapa-  
 stis, iocātes. Pica auis garrula Baccho cose-  
 cratur, et Βασαφῶσαι eam ἀκτῶν Βάκχου, id  
 est à garriēdo, & εἰσαφῶσαι, id est ab eo q  
 rixas et contentiones pariat, appellant. Quia  
 autem fuit Bacchus in re omni excellentissi-  
 mus, non defuerunt qui affirmarent eum esse  
 ducem in re militari optimum. Primus adeo  
 triumphum, qui deuictis agitur hostibus, du-  
 xit. Hædera Bacchi caput cingitur, quod ea  
 non admodum dissimilis sit uiri: insuper quod  
 & hædera baccæ respondeant botris. Solet  
 hæc eadē sternere arbores, serpēs per ipsas,  
 & implicatis firmioribus ramis. Thymelicis  
 cantilenis colitur Bacchus plurimum, quia i-  
 stæ conuiujs familiares sunt, cantilenæ scili-  
 cet, & cythara. Sunt enim hæc duo conuiuij  
 anathemata. Perhibent Bacchum à Titanis  
 membratim discerptum, & integritatem to-  
 tius corporis compositum à Rhea recepisse.  
 cuius fabulæ hic sensus est: Agricola, qui &  
 Titani, sunt terræ iumenta. Isti confuderunt  
 botres omnes in unum, deinde eosdem calcan-  
 do ruperunt, Bacchiq; membra fregerunt.  
 Hæc

Hæc eadem confluxus musti in unum restituit, & unum ex omnibus botris corpus constituit. Fabula uero poetæ, quæ testatur Bacchum quondam fugisse Lycurgi insidias, & in mari à Thetide esse seruatum, clarum sensum habet. Nutrimenta & crepundia Bacchi, uineæ sunt. Vineas omnes Lycurgus, cum uindemiator foret, botris spoliavit, eisdemq; ornatum omnem ademit. Deinde uinum aqua dilutum salubre homini potum extitit. Et hæc de Baccho.

## DE HERCVLE.

**H**ercules est ratio in omnia diffusa, secundum quam natura fortis & firma, inuicta que & sine fine generans est: est quoq; eadem potentia, quæ omnibus uirtutem & robur tribuit. Hæc autem fortitudinis ratio nominatur Hercules, nimirum quod in Heroas maxime proficiscatur, quasi ipsius sit *Λαίεδος*, id est gloria illustrare eos, qui quid in signe & memoratu dignum fecerint. Veteres enim Heroas appellabant eos, qui forti essent corpore & animo, & ideo diuini generis eos participes credebant. Hanc sententiam

tiam nec iuniores respuunt. Istud enim nomen, cum eo dignum deus censeret, meruit, quamuis Alcmenæ & Amphitryonis filius foret. Opera autem, quæ singulatim Heros ille fecit, indicatu difficilia sunt, propter historiæ, quæ de ipso habetur, uarietate. Clauam & pellem leoninam historia uetus Herculi attribuit. Cum enim dux bonus foret, et multæ regiones terræ ipsius uim essent expertæ, certe non fit uerisimile, quod nudus et claua sola armatus terram peragrauerit. uerum sciendum est, eum hisce non secus ac insignibus post mortem suam esse condecoratum, ab ijs qui eius auxiliū salutare senserant. Virum que enim fortitudinis & generositatis signū est. Ut enim hic robore feras omnes excellit, ita ualidissimum telum est claua. Fingitur esse sagittarius ideo, quod omnia permeet uis illa, secundum sagittarum iaculationem, quæ & ipsa ad omnia penetrandū uehemens est. Huiusmodi armis munitum & instructum militem, quis in aciem descendere dubitabit? Proprie autem admodum tradiderunt Coi Herculem cohabitare Hebæ, id est pubertati, quod

quod sit mēte perfectissimus. Vt enim si quid laboris suscipiendum est, manus iuuenunt sunt firmiores & ualidiores: ita si quid consēlijs faciendū est, lōge prāstantiores sunt senū animi. Suspīcor autē nō alienū esse ab Herculis uirtutibus, quod seruerit Omphalæ. Veteres enim hoc figmento docere uoluerunt, etiam fortissimorum esse, ut se rationi subijciant, & ea quæ ratio imperarit expedienda esse, & si muliebrius quiddam & mollius secundum naturalem speculationem bulla incidat, quam non aliud ab Omphale appellare placuit. Duodecim autē labores, quos subiens absoluit, uidentur non inconcinne traduci in Herculem, sicuti Cleanthes fecit (sic legerē, quos Cleanthes conscripsit). Non enim existimandum est, hunc ubiq; senem fuisse nugatorem, & delyrum.

DE APOLLINE ET

Diana.

Consequenter quidem, o fili, Appollinem esse solem, Dianam uero Lunam existimato. Nam hac de causa uetustas utrisq; sagittas tribuit, quasi indicare uelit radiorum utriusq;

utriusque in longum proiectionem. Apollo uocatur Hecatæus, Diana autem Hecate nomen sibi assumpsit, quasi ἠκαθῶν, id est à longe ad nos usq; lucem demittant. Vnde non ab re utrisq; hoc nomen inditum est, ut dicantur ἠκαθῶν, id est quasi à longe ad nos usq; radios suos iaciāt. Quidam istorum nominū, nempe Hecatæi & Hecates, aliam assignant etymologiam, tanquam uterq; sic sit dictus bene ominādi gratia, quasi stulta mortalitas supplex precetur, ut uterq; sit faustus nobis & propitius, nec damnū aliquod det. Solent enim hæc cæli numina, interdum aerem corrumpere, pestemq; inducere miseris mortalibus. Vnde ueteres non inconuenienter sagittas ipsis assignarunt, ut etiam poeta attestari uideatur, cum inducit Achillem cōsulente, quærendum esse uatem,

Qui dicat, tantum cur irascatur Apollo.

Huius rei gratia sunt qui censent, bene ominandi causa Artemida dictam esse Dianam, ἠκαθῶν ἀφ' ἁπτεμῆς ποισῶν, id est quod sanos efficiat. Appollinem autem id nomen ideo possidere, quasi ἀπολύοντα, id est liberantem

nos morbis . aut ἀπὸ λῶνοντα, id est quasi morbos à nobis abigat et fuget . aut ἀπὸ λῶντα, id est interficientem & necantem nos. Hinc & Pæon, quasi medica facultate sit instructus, dicitur . Quidam Apollinis etymologiam petūt ἀπὸ τῶ ἀπὸ λῶνα, id est ab abluendo . Nam eum qui semper faciem mundi renouet, & abluat, talem esse . Vndiq; enim & indesinenter humorem haurit, eūq; atheri reddit. Forsan non absurda fuerit etymologia, si quis sentiat Apollinem sic esse dictum, ἀπὸ τῶ ἀπὸ λῶν ἰγ λῶνα, id est quasi ad simplicia redigat & dissoluat ipsam substantiā : aut quod uerius est, quasi dissoluat tenebras . Per quā proprie autem eos fratres esse perhibent, propter formæ similitudinem, propter motum utriusq; uniformem, propter potentiā similem quam habent ad enutriendum et alendum ea quæ è terra enascuntur. Tradunt Apollinem esse uirum ideo, quod ignis est res quædam feruida, & ad agendum efficax. Dianam autem aiunt esse mulierem, quasi hebetiorem & infirmio rem potentiam teneat. Puberem ætatē habet Apollo. Quotquot enim in  
ista

ista ætate sunt, forma præditi sunt pulchriore quā ulla habeat ætas. Præ cæteris aut quā conuenientissimè ei hæc epitheta adscribunt, ut eū appellitēt χρυσοκόμας, id est aureo capillitio insignem, respectu solarium radorū. et ἀκρωγεκόμας, id est intosum. Est enim Phœbus uultu aureus, siue facies eius auro radiat, estq; extra omnia propter suam munditiem et puritatem positus. Sunt qui ipsum et Delium, id est manifestatorem, & φανταῖος, id est illuminatorem nuncupant. Delium quidē ἀπὸ τῶ δελῶδες, id est ab eo quod omnia manifestet : φανταῖος uero, ἀπὸ τῶ φωτιζέσθαι, id est ab eo quod lumine suo omnia lustret. Hinc in honorem Apollinis Anaphæi, qui omnia in lucem protrahit, templum excitatum est. Hinc Delus, & Anaphe, insulæ sacræ Apollini esse putatæ sunt. Propter prædictam rerum manifestationem, etiam uaticinandi scientia in ipsum relata est: & uaticinium Delphis reperi tum, appellarunt Pythium, quod homines eò proficiscantur πυθῶνας, id est sciscitatum de rebus suis. Locus ille terræ umbilicus uocatus est, nō quod terræ medius sit, sed pro-

4 CORNUTI LIBER

pter  $\delta\mu\phi\lambda\omega$ , id est uocem diuinam quæ ibi red-  
ditur. Obliqua autem, et intellectu difficilia,  
ambiguaq; cum forèt oracula, quæ reddebat,  
 $\lambda\omicron\phi\iota\alpha\varsigma$ , id est obliquus nominatus est. Forsan  
hoc nomen sortitus est propter obliquitatem  
cursus, quem per Zodiacum facit. Musicū eū  
esse et citharcedum fingunt, quod debita men-  
sura feriat, & regat omnes mundi partes. nec  
non efficiat, ut mutuo concentu cum omni-  
bus suis partibus consentiens & concinnus  
sit mundus, nulla dissonantia apparēte: quod  
quidē cernitur, dum quasi in rhythmo mutuā  
temporum consonantiam & commensuratio-  
nem conseruat: & quod animalium uoces,  
quæ cum ab inanimatis redduntur, soni appel-  
lantur, ad nostras aures dirigat, iisdemq; insi-  
nuet. Ab hoc principio, siue ab hac causa Mu-  
sarum antistes & episcopus dictus est, & io-  
cos cum Musis celebrare creditus est.  
Eximij cantu, Musis & Apolline nati  
Sunt, decoratq; ipsos in terris regia uirtus:  
inquit Homerus. Hinc cygnus Apollini sacer  
est, quod sit uocalissimus, et omnium auū can-  
didissimus. Coruus autem ab ipso alienus est,

umc

DE NAT. DEORVM. 85

cum etiam ipso colore impurus sit, & prophe-  
nus. Daphne autem, id est lauro, licet funesta  
sit, attamen ea coronatur. Causa est, quod ea  
arbor mortalibus sit benefica, & semper in ui-  
rore sit. Laurus facile incenditur, & ad pur-  
gationes in primis idonea est. Quapropter nō  
immerito dedicatur flagrantissimo & mundis-  
simo deo. Forsan Daphne, id est laurus pro-  
pter nominis etymō, quasi τῷ Δία βαίνω, id  
est transiēdo, oraculis dedicata est, quasi ora-  
culis reddendis apta sit, et conueniat. Tripus  
autem Apollini consecratus est, propter ter-  
narij perfectionem. Plurimum autē potest pro-  
pter circulos tres alternatim positos, quorum  
unum secat sol means per annum cursum,  
reliquos autē duos attingit. Quoties pestis in-  
gruit, primō et continuē iumenta moriuntur,  
ipse autem ea pascere aggreditur, & sanare.  
Quapropter pascuorum curam ei ueteres assi-  
gnarunt, nominantes eum Lycium, & λυκο-  
κτόνον, id est luporū interfectore. ἀγρεὺς, id  
est uiarum & uicorum præses putatur, quod  
uicos et uias luce sua illuminet, & propterea  
in uijs ei statuæ ponuntur. Exoriens nāq; eas

F 3 luce

lucē suā illustrat atq; implet, ut etiā huius rei cōtrarium in isto carmine comprehenditur: Sol occumbēbat, tenebrāq; per omnia fuscā Lumine priuabant uicos.

Λεγνύοιαι, nugatorem & congerronem eū nuncupant, quod interdū homines inter se confabulentur & colloquantur, noctū autē sileant et conquescant. Paana eum nomināt per antiphrasin, expetentes ut propitius sit mortalibus, arceatq; morbos: ne ue aerem qui per ipsum exhalatur, inficiat & corrumpat. Siue quod aer propter temperaturam cœlestis ambitus ita præparetur, ut salutis & sanitatis prorsus author esse iudicetur.

## DE AESCVLAPIO.

**H**inc rerum ordinē sequuti ueteres, Aesculapium Apollinis filiū dixere, quod primus uideatur medicam facultatem hominibus demonstrasse. Neceſitas enim requirebat, ut numen aliquod eximie istī & præclarissimæ facultati constitueretur, quod ipsi præſet. Aesculapius autem dictus est ἀσκληπιός, id est ab eo quod incassetur, & in aliud tempus reijciatur mortis accessus.

accessus. Hinc factum est, ut serpentes Aesculapio consecrarentur, quod hi qui medicina utuntur, nō dissimile quippiam à serpentū natura patiantur. Renouantur enim exactis morbis, & quasi senectutem exuunt. Simul etiam attentionem & diligentiam, qua plurimum opus est medico in curationibus, serpentes designant. Habet etiam quiddam mysterij Aesculapij baculus, qui significat, nisi talibus inuentis confirmaremur, citius quā oporteret, impingentes in aduersam ualitudinem incidere mus, Ferūt Chironem educaſſe Aesculapiū, medicinam autē esse edoctum ab Hippione, quod nomen non otiose in fabulā hanc transfatum est. Significat enim cicurationem perturbationū, dolorumq; sedationem, quæ contingit per lenitatem medicamenti.

SEORSIM QVAEDAM DE  
Diana.

**D**iana & Lucifer nuncupatur, quod & ipsa splendorem emittat, cœlumq; aliquo modo lumine suo illustret, imprimis quando in plenilunio est, id est tota apparet. Δυσίνα, id est Diētinnam ideo eam uocant, quod

etiam usq; ad nos radios suos promittat & iaciat. Nam *διήκειν* significat *βόλλειν*, id est iacere & mittere. Aut *ἀπὸ τῆς διήκειν*, id est ab eo quod vis eius atq; potentia permeet atq; peruadat omnia quæ supra terrā sunt, *ὅς διήκειν* *ἀπὸ τῆς βόλλειν*, id est quasi omnia peragret. Fingunt eam esse uenatricem, & *διήκειν* *πτόνου*, id est ferarum necatricem, *ἐλαφιδόλου*, id est ceruorum iaculatricem, & *ὄρεσιφοῖτος*, id est montiuagā. Quid sibi uult hoc figmentum? Aut quod in feras nocumenta, quæ ab ipsa descendūt, transferre uoluerūt: aut declarare, quod maxime noctu cernatur & appareat. Plurimum autem silentiū nocte ubiq; sentitur: imprimis tamen in mōtib; et in solitudinibus, noctu silentium magnū est. Propterea non ab re, in primis cum & uenatrix, & sagittaria, seu iaculatrix quædā putetur, in huiuscemodi locis morari dicitur. Nec ab his abludit seu dissonum est, quod canes consecrantur Dianæ, cum sint ad uenationes idonei, & ad uigilias nocturnas latratusq; nati. Venatrix esse hinc censetur, quod non cesset, nunc persequens, nunc fugiens solē, deinde

inde Zodiacum accedens, & celeriter cum signis coiens. Venatio enim ueluti proprium quoddam, sibi celeritatem uendicat. Cum autem omnium siderum, quæ in cælo sunt, terræ sit proxima, nihilominus eam circa polos conuerti dixerunt. Non autem alia est ab Hecate. Triformis dicitur, quod tres formas generalissimas ostendet, modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modo sinuata in orbem. Hinc etiam Triuia nominata est, putaturq; uiarum esse præses, quod ternam accipiat mutationem, dum Zodiacum perambulat. Sol autem cum interdū solum conspicitur, ipsa autem noctu uideatur, accidit ut eam *νυκτιαν*, id est nocturnā, et *νυκτιπτόλου*, id est noctu cursum suum peragentem, & terrestrē eam appellarent. Et simul cum ipsa cæperunt colere deos terrestres, quibus cœnas apponunt. Finxerunt quoq; ueteres lunā pollui, et id eo quod polluat & prophanet, nō secus ac mortui. Testantur etiam Dianam operam suā præstare sagis, & è cælo ad domos deduci. Additū est, ipsam luctu & cæde gaudere plurimum. Hinc quidam moti, ut eius numen pla-

carent, sanguine humano, hominumq; uicti-  
 mis litarūt, qui sanè cultus immanissimus est.  
 Nominis autem ratione ducti τριγλαυ, id est  
 piscem mullum ei dedicarūt. Triuia autē nul-  
 la alia ratione uocatur, quā quod & ipsa si-  
 cut Iupiter et Phoebus, uijs præsideat. Hæc ea  
 dē à quibusdā existimatur esse ειλύβα, id est  
 Lucina, quasi inde sinēter ειλυδιη, id est uol-  
 uatur circa terram, eandemq; ambiat. Hanc  
 precantur sibi occurrere placidam parturien-  
 tes, petuntq; ut sinus constrictos leuiter sol-  
 uat, facilemq; minusq; laboriosum largiatur  
 partū. quæ eadem et ειλυθσσα, id est ueniēs,  
 scilicet ad parturiētes, nominatur. Plures au-  
 tem traduntur esse Lucinæ, sicuti etiam com-  
 plures & uarij sunt Amores. Vt enim uariæ  
 multæq; sunt amantium cupiditates, ita uarij  
 multiq; mulierum sunt partus. Liqueat autē Lu-  
 nam efficere, ut conceptus ad maturitatē per-  
 fectam ueniant. Eiusdem etiam est, embryoni-  
 bus dare incrementum, & eosdem perdere,  
 idq; manifestè facere. Nec mirum uideatur, si  
 Diana propter aliquam causam antiquam cre-  
 ditur puritate & castitate nihil à sole differ-  
 re:

re: & propter aliā causam parturiētibus præ-  
 esse, quasi in ipsa sit situm, ut mulieres facile  
 pariant: porro propter aliam, quasi horren-  
 dum aliquid & austerum præ se ferat, sicuti  
 supra de Hecate commemorauimus.

## DE INFERNŌ.

**A** Erem autem in sinum, qui morientium  
 animas excipit, ueteres αἰδου, id est in-  
 fernū nuncupauēre, αιδω τὸ αἰδου, id est pro-  
 pter suam obscuritatem, quod non conspicia-  
 tur. Cum autem non appareant nobis animæ  
 in Orcum proficiscentes, aliud nomen sorti-  
 tus est, eūq; uocant αἰαλλοθηοντα, id est re-  
 conciliantem, aut recōciliatorem. Idē et Cly-  
 menus nuncupatur, quod τὸ κλυμεν, id est so-  
 nandi, siue ut sonus reddatur, author sit. Aer  
 enim re percussus, est uox. Nomināt eundem  
 & Eubulum, & εὐβουλεα, id est bonum con-  
 siliarium, ut qui optime de hominum salute  
 consulat, quod eos à laboribus, & mi-  
 serijs & curis liberet.

FINIS CORNVTI DE NATURA  
 Deorum Commentarij.

AD AMPLISS.  
ANTISTITEM, ET D. D.  
Ricardum Noruicensem, Episcopum Angli-  
cum digniss. Philippi Phasianini Bo-  
noniensis Epistola.



AI VM Lelium uirū sa-  
pientē, dicere solitū fuis-  
se accepimus, nihil uir-  
tute, quę cū probitate cō-  
iuncta sit, amabilius es-  
se, nihilq; quod magis homines ad di-  
ligendum alliciat. Quod quidem sa-  
pientis uiri dictum, quā uerissimū  
esse appareat, cum saepe aliās, tū hoc  
potissimum tempore euidenti argu-  
mento perspexi. Nam cum celeberrimi  
no minis tui fama, illustrior etiam  
quā Bononia recedens, olim reli-  
queris, ab ultimis Britanniae sedibus  
ad nos huc iam dudum peruenerit,  
quae te uerae uirtutis ac probitatis e-  
xemplar atque imaginem quandam,  
quam omnes uenerentur, esse praedi-  
cat:

cat: admiratione huius tuae uirtutis  
rarissimae ac morum inflammatus, u-  
num praeter ceteris te mihi maximo pe-  
re colendum atque obseruandum ef-  
se proposui. atq; adeo, nulla licet tecum  
necessitudine coniunctus, nullo ue  
amicitiae uinculo astrictus sim, animo  
tamen meo ita plane iam infedisti, ut  
sub oculis absens absentem te crebro re-  
uocare, et nulla de re libentius quam  
de te cogitare soleam: quem tua ex hu-  
manitate, religione, doctrina, liberali  
tate, atq; incredibili sapientia magis  
quam ex dignitate, honoribus atque  
diuitijs tuis pendere consueui. Illis e-  
tenim animi dotibus ac naturae bonis  
exornatus, in patria tua & apud om-  
nes ita uiges atque excellis, ut morta-  
les reliquos longissime praestes, nec  
grauitate senibus, prudentia & inge-  
nio aequalibus concedas. Quae bona  
tot tantaq; simul, omnibus admiratio-  
nem maximam in te praebent. O si me  
aliquis istic forte Deus semel sistat, ut  
admi-

admirari, inspicere, cōtemplariq; ualeā. Diuitijs medijsfidius Crassum me superare, atque oculis meis multum debere profitear. Quod quoniam mihi interdictum denegatūq; uideo, fores amicitiae tuae, quod solum mihi relictum est, tamdiu pulsare nō desinā, quoad inter uiros, quos supremę fortunę amicos habes, me quoq; abs te numeratum fuisse cognouero. Atque interim, ut desideriu hoc meū ardentissimū, quanto melius possim, leniam, in Guliemī Stylygtonis archidiaconi Subderiensis Anglici, uiri probi, atque honesti sinu (ut haecenus feci) conquiescam. Quando is mecum arctissimo necessitudinis uinculo cōiunctus, ita de te, quę summa pietate atque incredibili obseruatia colit, multa iucunde narrare solet, ut nihil ab eo post publicas priuatasq; lectiones, quas de me cum morigeratissimis eiusdē nationis scholasticis audit, libentius auscultare soleam quam

quam cum de tua graui prudētia, maximo rerum usu, atque suprema gloria differere occęperit. Ita enim fit, ut te coram oblatum, oculis meis ultro obuersari, non sine summa animi uoluptate uidere uidear. Ad quem tamen, ut uerus mihi aliquando aditus pateat, salutationem primam hanc tibi cum optima animi in te mei significatione ac sincera uoluntate impartiri, & eodem prope ritu quo Persarum reges cum donis salutabantur, munusculū hoc ad te mittere uolui. Quod non auri neq; argēti honore, cuius uobis usus abunde suppetit, ornatum, sed in literaria officina sub ingenij incude elaboratum, in meę erga te fidei atq; obseruantię, uerum pignus habebis: Palaphati scilicet libellum de Nō credendis fabulosis narrationibus, quem ē græco in latinum sermonem à me translatus, sub auspicio nomineq; tuo in publicū prodire non ab re duxi. Vt qui non nescius

sciis sim, q̄ gratiora tibi literaria huiusmodi dona esse soleant, quam aut auri uel argenti uis infinita, pro eo quod in literis tu olim, cum in Gymnasio nostro Bononiensi, tum alibi alius caput extulisti, ut te bonarum disciplinarum, ac eruditorum hominū mirus amor teneat, ac pulchre illud in te conspiciatur, quod dubium quibusdam uideri posset, Plus ne scilicet honoris dignitati tuæ literę, an literis dignitas adiecerit. Quamobrem munus hoc nostrum literarium libens, & uultu, quo te decet, hoc est iocundo hilariq̄ accipias, rogo: atque illud, cum à sacris occupationibus tuis paululum feriatu fueris, et animū (quod sapientes uiri faciunt) aliquantulum remittere uolueris, in manus sumito. Eius namq̄ lectionem neq̄ inuicundam, neque ingratam tibi futuram esse spero: quum & hæc ocij delectationisq̄ gratia à Palæphato ipso scripta fuisse appareat: ueluti & à nobis

bis quoque solatiij causa, latinitate donata sunt. Cū enim præteritis Saturnalibus à lectionibus publicis gymnasium refrixisset, in que Musæo nostro Alcedonia essent, nactus otium, quod mihi ferę literarię & senatoriæ munera indulserant, quā nam re inter urbis nostrę cantus & tripudiā, quę passim interstrepebant, solatiū & ipse aliquod quarens, me libētius oblectarem, quā in Palæphati græco libello, non satis occurrebat. Nam cum ex eius lectione incredibilem uoluptatem pauloante cepissem, hanc eandem Latinis, qui græcarum literarum rudes essent, inuidere piaculum duxi. Eoq̄ magis, quod proximo anno cum in auspicijs nostris, quę lectionib. publicis ex instituto nostro quotannis præmittere consueuimus, uitam mortalium ab infantię exitu ad hominis usque occasum, fabularum sensibus allegoricis describere mus, mentioq̄ Palæphati aliquibus

in locis à me facta esset, eū opera mea latine loquentem, auditoribus breui me daturum esse pollicitus sum. Itaque, cum ut promissis stare, tum etiam, ut aliquem ex Græcis lucubrationibus nostris fructum studiosi iuuenes perciperent, feci. Atque adeo periculum quoque aliquod, uerius de me facturum, num aliquantulum in Græcis adhucliteris promouerim, quam quod inanem gloriam ex hac re aucupari studeam, ad hoc munus descendi. ad quod si me aptum, idoneumque uidero, sique labores meos tibi, studiosisque hominibus non ingratos, neque in iucundos fuisse cognouero, ad alia quaedam grauiora, quæ præ manibus sunt, edenda me me accingam, ut premissos hos ueluti rorarios ac uelutis, grauis armatura & cataphracti equi subsequantur.

Vale.

DE PALAEPHATO NON  
ulla, eiusdem Philippi Phasianini  
ad Lectorem.

**P**alæphati huius à nobis de Græco in latinū idioma translati, præter Eusebiū, auctorem prouerbiorum Græcorum, & ceteros, mentionē à Suida in Collectaneis ita fieri obseruauimus, *παλαίφατος παρσίος, ἢ παρινός, γενεῶν δὲ λατὰ ἀπὸ τῆς ἑλλάδος, ἀπὸ τῆς βιβλίου ἐστιν ἐπιτελεῖται ἐν τοῖς ἀβλυαῖοις ἀναπέγουσι.* hoc est, Palæphatus Parus, siue Prienēsis, tempore Artaxerxis fuit, incredibilū libros quinque scripsit, quidam tamen hæc in Athenæum referunt. Celebratur quoque alius quidam nomine Palæphatus Abydenus historicus, temporibus Alexandri Magni, qui inter cætera, solutiones interpretationesque fabularū scripsisse traditur. Item & tertius quidam eiusdem nominis poeta Athenis Palæphatus fuit, qui de Situ orbis & de Contentione Mineræ ac Neptunus scripsit, ut in monumentis Græcorum habetur, de quibus tamen nihil ad rem præsentē. Huius Palæphati nostri auctoritate atque testimonio Virgilium eo carmine ex Cyri ad Messalam usum fuisse tradunt, Docta Palæphatia testatur uoce papyrus. Hunc eundem Probus interpres Maronius citat, super expositione illius

ne illius Virgiliani carminis ex tertio Georg.  
Frēna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; de dere.  
ubi opinionem Palæphati de centauris, quem  
admodum & Seruius, & alij quidam, probat.  
Admonendus est tamen lector, ut apud Pro-  
bum, ubi passim legitur Palæphatus in libro  
Ariston, sciat legendum esse Apiston, quando  
libri eius ita appellantur à Suida, *βιβλία ἀπί-  
στον*, id est libri incredibilium, seu incredulo-  
rum, ut quidam exponunt, uel *ἀπίστον ἱ-  
στορίων*, id est de non credendis historijs, uel  
falsis narrationibus. ita enim omnibus hisce  
nominibus ac titulis libri isti circumferuntur,  
citanturq; ab eruditis. Hunc autem Palæpha-  
tū, ut ex Suidæ uerbis colligimus, libros quin-  
que scripsisse apparet, quemadmodum quidā  
huius librum primum uel secundum Incredi-  
bilium citāt, penes quos forte omnes isti libri  
integri esse debent: quorū pauca hæc, quæ  
ad manus nostras (iam decem anni sunt) ope-  
ra Aldi Manutij peruenerunt, fragmenta que-  
dam uerius esse, quàm legitimum opus eius  
constat, quæ etiam corrupta mutilataq; pluri-  
bus in locis ita sunt, & ea maxime in parte u-  
bi de Hercule agitur, ut uix percipi erudito-  
rum etiam iudicio possit, nisi pro captu inge-  
nij cuiusuis, quid pauca illa, & alia quedam  
ambigua sibi uelint. Quæ omnia calamitati tē-  
porum (ut pleraq; alia) accepta quidem referi-  
mus.

mus, quæ omnibus fermè bonis operibus &  
latinis & græcis semper infidiata est. ut plura  
ad nos uel sine capite ac mēbris mutilata im-  
perfectaq; transmiserit: quorum reparationi  
ne ipse quidem Aesculapius, qui mortuos e-  
tiam ad uitam reuocabat, subuenire atq; oc-  
currere posset. Ego uero quantū in me fuit,  
in his transferendis operam dedi, ut culpa ca-  
rerē, utq; fideliter magis quam ornatè inter-  
pretarer. Quibus si maior tamen diligentia re-  
quiretur, non mihi magis, quàm temporis in-  
iuriæ uitio detur. Atq; adeò (ut quod sentio se-  
mel dicam) quis ab aliquo Græcorum homi-  
num, hæc Palæphati scripta interpolata sup-  
pressaq; fuisse non utiq; etiam credere possit?  
Etenim cum ipsi de mendacio iam pridem ma-  
le semper audiuerint, eorum uanitates, quod  
Palæphatus facit, testimonio quoq; suorū de-  
tegi atq; redargui, nō sine graui molestia eos  
audire posse, nec non Incredibiliū libros hos-  
ce mirandum in modum detestari contende-  
rim. Sed ut serio Græcos quandoq; ipsos, cu-  
ius linguæ studiosus semper fui, ab ijs etiam  
quæ sibi obijciuntur, purgatos reddam, nè ue-  
mendacio eis omnia ascribi patiar, & ut ine-  
pti nomine, sic mendacij uitio carere eos osten-  
dam: tale quidpiam illos in fabulosis narratio-  
nibus suis obseruare uoluissè crediderim, qua-  
le iurisperiti illi primi, quod Cicero cum alibi,

tum in libris de Oratore memorat, obserua-  
runt, qui obtinendæ atq; augendæ potentia  
causâ, artem suam peruulgari nolebant, nisi  
Cn. Flavius primus eam propalasset, qui ob  
id cornicum oculos cõfixisse dictus est. ita res  
suas Græci sub cornice figmentisq; fabulosis oc-  
cultantes, idiotas homines à mysterijs suis ar-  
cere ac propulsare studebant. Quæ quidē Pa-  
læphatus ad Cn. Flauij instar (suos ueluti pro-  
dens) diuulgare non dubitauit, fabulas om-  
nes quæ super ueritate ipsa confictæ fuerant,  
neq; fidem capiebant, ad historiae sensum ac  
ueritatem referens. Cui tamen (cum græcus  
& ipse sit) dubium quibusdã scio uideri pos-  
se, an fides eadem eius, quæ cæterorum Græ-  
corum scriptis, adhiberi debeat, quin idē quo  
que in taxandis aliorum mendacijs uanus ac  
mendax appareat, neue ex fabulis fabulas cõ-  
fingere, ac mendacijs mendacia adstruere uo-  
luisse uideatur. Qua in re ne tale quidpiam de  
se crederetur ueritus, in præfatione operis sui  
ad omne dubiũ prorsus tollendum, ea se dun-  
taxat scribere, quæ oculata fide uiderit, quæ-  
ue ab alijs, qui ad ea uidenda profecti essent,  
audiuerit, testatur. Quæ res magnam creduli-  
tatis fidem ei dubio procul arrogat, seq; à labe  
illa mendacij planè eximit. Tantumq; abest,  
ut Græcorum more uanus ipse esse, aut alio-  
rum uanitates confouere uelit, ut suorum e-  
tiam

tiam mendacia detegere, et in medium allata,  
suscepta etiam ad hæc uidenda (ut Pausanias,  
Plinius, & alij factitarunt) peregrinatione,  
confutare non dubitet. Vtunq; uero  
res sese habeat, æqui boniq;  
lector consulas ro-  
gamus.

PALAEPHATVS  
DE NON CREDENDIS  
fabulosis narrationibus,

PHILIPPO PHASIANINO  
interprete.



**H**AE C quidem de incredibilibus conscripsi. Minimum namq; alij, & ij maxime qui ab omni sapientia atque eruditione alieni sunt, omnibus illis quæ utiq; dicantur, persuasi, fidem adhibere consueuerunt. Quidam uero natura prudentiores, curiosiq; magis, ac in rebus negotijsq; pluribus uersati, omnia illa quæ tradantur fieri, ut penitus credant, adduci nequeunt. Mibi autem omnia quæcunq; dicta iam fuerint, fieri quoq; uidentur. Neq; enim nomen duntaxat fuisse existimandum est. nullus alioqui super his sermo existeret. Veruntamen ea ipsa primum opera resq; fuerūt, ac sic demum sermo illis superinductus est. Quæcunq; autem species & formæ dictæ fuerunt, factæ quoque

que eadem tunc temporis sunt. Quæ uero nunc minime extant figuræ, nullo unquam tempore fuerunt. Nam si hæc tunc quidē & alio quoq; tēpore erant, nunc etiā existerent, rursusq; forent. Quamobrem ipse sanè Melissum & Lamiscum Samium historiarum scriptores laudo, in principio quicquid olim fuerit, et nunc quoq; esse, atq; futurum deinceps asseuerātes. Quæ autem facta quædam reuera fuerant, Poetæ nugatoresq; pleriq; in incredibile magis atque admirabilius quodpiam conuerterunt, ut ista legentes homines in maximam admirationem perducerent. Ego uero talia minime esse posse, qualia dicuntur, agnosco. Hoc unum tamen comprehendi, quod nisi aliquid super his factum fuisset, non quicquam utique diceretur. Accedens namq; ipse ad quamplurima loca, & diuersas mundi regiones peragrans, senioresq; percunctatus, quid nam super unoquoq; eorum quæ dicerentur, audiuisent, quæ ab ijs potissimum intellexi, quæ ue loca ipse uidi, & ut unū quodque illorum sese habere comperi, in medium afferō. At hæc quidem nō qualia falso à Poetis

tis dicta olim fuerant, sed ueluti ad ea ocu-  
lata fide perspicienda profectus agnoui, &  
historiam componens, in hunc modum per-  
scripsi.

## DE CENTAURIS.

**C**entauri tanquam ferae quaedam fuerunt,  
quae equorum quidem speciem totam, ex  
cepto capite, habebant. Si quis est igitur, qui ta-  
lem hanc feram fuisse credat, impossibilibus  
hic plane fidem adhibere persuadetur. Neque  
enim ullo pacto equi atque uiri natura confor-  
mis est, neque cibi eorum aliqua inter se simili-  
tudo existit. neque ratione aliqua potis est,  
quod per os gutturque humanum, equi cibus de-  
scendat. Atque adeo si talis forma tunc tempo-  
ris erat, etiam nunc utique existeret. Veritas au-  
tem rei ita se habet. Ixione Thessaliae rege exi-  
stente, in Pelio monte, taurorum armentum  
quoddam furore ita correptum, atque cestro ex-  
agitatum est, ut reliqua circumquaque montana  
loca inaccessa redderet. In domestica etenim  
cultaque loca cum impetu ingruentes tauri, ip-  
si arbores & fructus laedebant, arataque cor-  
rumpe-

rumpebant. Praeconio igitur publico nunciari  
Ixion iussit, quod si quis esset, qui tauros ho-  
sce caperet, huic sese diuitius perquampluri-  
mas dono daturum esse. Adoescens autem  
nonnulli ex montano loco, pagoque quodam  
qui Nephela, hoc est Nubes nuncupatur, e-  
quos domare tum primum agere se, quomodo  
equites sutoresque dorso gestarent, illos do-  
cere excogitat. Prius etenim homines equis  
uehi nesciebant, uerum curribus duntaxat u-  
tebantur. sic autem equorum dorso impositi e-  
quites illi, ad ea loca ubi tauri erant, agentes  
eos impellebant, et armento sese superinicien-  
tes, tauros feriebant. et quandoquidem ab im-  
petu taurorum illos inuadentium iuuenes im-  
pellebantur, aufugiebant statim. uelociores e-  
nim erant equi. At quotiescunque tauri firma-  
to gressu consistebant, uertentes sese iuuenes  
eos iterum feriebant, atque hoc pacto eos in-  
terfecerunt. Et nomen ipsum Centaurorum  
exinde Centauri sortiti sunt, eo quod tauros  
*κεταυρις*, hoc est pungentes feriebant. alio-  
qui nihil tauri Centauris ipsis inest, sed equi  
atque

atq; uiri species illa ex hac re tantum existit. Cum itaq; tali pro re ab Ixione pecunias donaq; Centauri reportauissent, proq; hoc facto ualde exultarent, contumeliosi insuper ac superbi opibus ex illis facti, mala passim multam cōtra ipsum quoq; Ixionem perpetrabāt. qui quidem Ixion tūc temporis Larysam nuncupatam ciuitatem incolebat. qui uero regionem illam tunc tenebāt, Lapithæ uocabātur. Inuitati autem cum ab his Lapithis fortē ad cōuiuuium Centauri essent, ebrij facti eorum mulieres diripuerunt. quas cum equos inscendere fecissent, domum illico fugientes, quō impetus illos ferebat, secum asportarunt, sicq; bellum aduersus Lapithas Centauri ob hāc rem gerebant. & nocturno tempore ē montibus in planitiem descendentes, insidias illis struebant. diurno uero tempore, cum plura diripuissent, in fugam sese conuertentes, montana loca repetebant. Quibus ita recedētibus, equorum duntaxat caudæ, capitaq; hominum à longe apparebant, Alienum itaq; ac inusitatum spectaculum hoc animaduertentes homines, dicere consueuerunt, Centauri nos quidem

deminuadentes, ex Nephelē, hoc est Nube nuncupato loco, mala multa nobis inferunt. Atq; ab hac utiq; sermonis forma, incredibilis fabula conficta formataq; fuit, utpote, quod ex Nephelē, loco ita dicto, equus & uir in monte congeniti fuissent.

## DE PASIPHAE.

**P**Asiphaen tauri pascentis amore captū fuisse fabulantur. nec non Dædalum ligneam uaccam fabrefecisse, & in eam Pasiphaen inclusisse, sicq; taurum, eam inscendentem, mulieri admixtum fuisse. quæ puerū ex hoc compressu, uiri quidem corpus, & bouis caput habentem, conceperit. Ego uero tale quidpiam minime factum fuisse dico. Primum namq; impossibile est, quod unius generis animal alterius ac diuersi generis animalis mutuo amore detineatur. Nec utiq; possibile est canē & simiam, lupumq; & hyenā inter se, aut cum ceruo bubulum admisceri. Diuersi namq; generis atq; naturæ animalia existunt. Neq; adeò mihi taurus cum uacca lignea sese miscuisse uidetur, aut quod etiam ullo pacto ascendentem taurum mulier tolerare,

rare, uel conceptu incornua habentem in u-  
tero ferre potuerit. Veritas autem fabulae sic  
ergo sese habet. Minoi dicunt, cum circa pu-  
denda morbo laboraret, à Cride Pandionis  
curatum fuisse. Per illud autem curationis  
tempus, Minoem iuuenis quidam satis for-  
mosus, Taurus nomine, sequebatur: cuius cū  
Pasiphae amore capta fuisset, illi miscetur,  
puerumq; ex illius complexu genuit. quod  
uidens Minos, ac tempus quidem supputans  
ex quo dolore pudendorum confluctari ce-  
perit, agnoscensq; quod puer hic ex se natus  
esse non posset, eo quod per aliquod tempus  
cum Pasiphae uxore rem non habuisset, ex  
Tauro potius iuvene puerū illum conceptū  
esse cognouit. Neq; tamen ob id eum interi-  
mere uolebat, quia sui ipsius filiorum frater  
quodam modo ob similitudinem aliquam esse  
uideretur. In montē tamen quendam eum re-  
legatum mittit, ut in seruitij parte atq; officio  
cum pastoribus esset. Ille uero bubulcorum  
imperio sese subijcere minime uolebat. quod  
cum Minos intellexisset, & ea quae ab ipso  
fiebant, quae uel aduersus eum dicebantur, o-  
cylus

cyus illum comprehendere ac detineri, missis eō  
ciuibus suis, iussit. & si quidem sponte seque-  
retur, solutum ad se accedere sinerent man-  
dauit: sin minus, ligatum perducerent. Quo  
intellecto, adolescens ipse protinus inde a-  
biit, seq; in mōtes recepit. Vnde oues diripiēs,  
uitā sic degebat. Verum cum Minos aliam  
quoq; & eam quidem maiorem turbam, ad  
eum comprehendendum misisset, iuuenis ille  
fossam sibi profundam faciens, intra eam se  
se ipsum conclusit. ubi Tauro sic existente, sē  
à Minoe iniustus quispiam uir aliquando de-  
prehensus fuisset, ad Taurum protinus, ab eo  
interimendus, pœnasq; illi daturus, mitteba-  
tur. Atq; ad eum cum Theseum olim Minos ho-  
stem cœpisset, ad Taurum eum misit, tanquā  
manibus eius periturum. Quare ab Ariadna  
cognita, eum in carcerem, quo Minotau-  
rum interfecit, ad eum præmisit.

## DE ACTAËONE.

**A**ctaëona à proprijs deuoratum cani-  
bus fuisse dicunt, quod quidem totum  
falsum est. Canum namq; ea propemodum  
peculiaris natura est, dominum in primis suū  
uel

uel maximo amore prosequi, præsertimq; uenatorum, qui cunctis hominibus adulates cauda blandiuntur. Quidam tamen eius opinionis sunt, ut Actæonem ipsum dicant, cum à Diana in ceruum transformatus fuisset, à uenatoribus quibusdam interfectum fuisse. Mihi uero Dianam ipsam, quod uolebat hac in re, efficere non potuisse uidetur. Namq; uerum nullo pacto est, ceruum ex homine, rursusq; ex ceruo hominem factum fuisse. Hæc autem fabulosas fictiones, ob id ipsum Poetæ formantes in medium adduxerunt, ut talia audientes cæteri homines, à contumelia superbiq; in diuinum numen utenda abstinere debeant. Rei uero huius ueritas ita sese habet. Actæon Arcadicus genere uir erat, uenationis amator, qui quidem ob id multos canes alebat, & cum eis in montibus uenabatur, bonarum rerum atque facultatis suæ negligens prorsus. Illo autem tempore omnes homines proprijs manib; laborabant, operarij; per se erant. Neminem nanq; omnino seruum habebant, sed illi ipsi terram agrosq; suos colebant, & sic quisq; qui terram maxi-

me

me colebat, ex hoc opere laboriosiss; ditissim; euadebat. Actæoni uero rei domesticæ curâ negligenti, quinimmo uenationi dūtaxat intento, facultas omnis ac uita defecit. Cū autem nihil amplius in bonis haberet, in illum homines dicebant, Heu miser Actæon, qui à proprijs canibus consumptus es. nam & modo nunc lenociniū exercēs, infeliciter agēs: ita dicentes uidelicet putabant fore quoq; ut à meretricibus deuoratus esset. Atque ita tale quippiam de Actæone factum est.

DE EQVIS DIOMEDIS, HOMINES COMEDENTIBUS.

**D**E Diomedeis quoq; equis, quod homines comederent, dicitur. quod quidē omnino ridiculum est. Animal etenim istud ordeo scenoq; magis, quàm humanis carnibus delectatur. Veritas autem hæc est. Cum antiquiores illi homines primi per se operarij essent, ac cibum ob id, plurimamq; substantiam possiderent, ut pote terram ipsam manibus suis colentes, equos pascere ipse Diomedes cæperat: & usq; adeo equis ipsis tantisper delectatus est, quoad sua bona perdidit.

H Omnia

Omnia namq; diuendens, in equorum nutrimentum consumpsit. Qua ex re amici eius equos illos hominiuoras, hoc est humana carne uescētes nuncupabant, & sic tali ex facto fabulosus hic sermo in medium adductus est.

## DE ORIONE.

**I**ouis Neptuni atq; Mercurij filius Orion fuisse dicitur. Nam Hyreus Neptuni & Alciones unius Atlantis filiarū in Tanagra Bœotiae habitabat. Hospitalissimus autem cū esset, deos aliquando hospitio susceperat. Iupiter autem, Neptunus atq; Mercurius, cum forte hospitio suscepti ab eo fuissent, ac benignitatem illius admisissent, eum ut quicquid uellet peteret, exhortati sunt. Hic uero cum sine filijs esset, puerum sibi dari petijt. Quocirca Dij tres illi cum bouis pellem ab eo in eorum honorem sacrificati, accepisset, in eā urinam ueluti semen infundentes, minxerūt, & sub terram illam occultari, ac mox post menses decem suscipi iusserunt. Quibus decem mensibus decursis, natus est Vrion, sic primū quidem denominatus, eo quod dij tali pacto urinam intra corium illud infuderant, postea

postea uerò propter bonum nominis sonum Orion dictus est. Cum autem hic simul cū Diana uenaretur, eā uiolare uelle aggressus est. quæ illi ob hoc indignata Scorpionē e terra in illum emisit: qui cum eum circa calcaneū pedis percussisset, interfecit. huius uero sic mortui miseratus Iupiter, inter sidera ipsum collocauit.

## DE SEMINATIS GIGANTIBVS.

**D**icitur etiam, quod Cadmus, ut memorant, cum in Lerna draconem interfecisset, & dentes eius collegisset, eos in propria terra seminauit, ex quibus postea nati sunt uiri armati. Quod si uerum fuisset, nullus hominum nostri temporis aliud quippiam unquam præterquam dentes draconis seminari. Huius tamen rei ueritas ita sese habet. Cadmus genere Phœnicus erat. is Thebas aduersus fratrem Phœnicium bellum de regno gesturus, profectus est. Cum plura uero alia bona hic, ut qui rex erat, haberet, dentes inter cætera elephantis eburneos habebat. Thebanorū autem rex Dracon, Martis filius erat, quem cum Cadmus interfecisset,

eius regnū occupauit. Amici itaq; Draconis bellum aduersus Cadmum gerebant. contra quem & Draconis quoq; filij insurrexerunt, qui quidem omnes tā amici quam filij, posteaquam uiribus inferiores facti, superatiq; ab eo fuerunt, Cadmi bona atq; diuitias diripientes, praesertimq; dentes ipsos eburneos, quō impetus illos ferebat aufugiebant. Alij nāq; aliō dispersi disseminatiq; spargebantur, quidam in Atticam, nonnulli in Peloponnesum, plerique in Phocida, alij uero in Locrida per uenerunt: à quibus quidem mox locis ueniētes, Thebanis bellum inferebāt. difficilesq; ac molesti admodum bellatores erāt. Posteaquam igitur eburneos dentes, quos Cadmus habebat, diripientes aufugere, Thebani dicebant, quod talia tamq; horrenda mala hęc si bi ipsis Cadmus Draconem necando, intulerat. Ex cuius quidem dentibus multi strenui fortesq; uiri hęc et illā disseminati, sparsiq; hoc est sati, illis ipsis bellum inferebant.

quo quidem ex euento fabula hęc conficta est.

De

## DE SPHINGE.

**D**E Cadmea Sphinge dicunt, quod fera quidem hęc fuit, quæ corpus canis habens, caput & faciem puellæ, alas uero auium, atq; hominis uocem haberet. In Sphincio autem monte sedens hęc, ænigma quoddam unicuiq; ex ciuibus proponebat. Et quęcunque illud soluere nescientem, interimebat. Quod cum soluere Oedipus propositum ænigma sciuisset, sese ipsam (ut quæ grauato animo id ferebat) ex monte deiiciens, interfecit. Sermo autē hic incredibilis, ac res ipsa impossibilis est. Neq; enim talis species, formaq; fieri ullo pacto potest. Atque adeo illud sanē perquam puerile admodū est ænigma nō soluētes homines, ab ea tā facile interemptos iri solutos: uel eam à Thebanis feram ob id sagittis confosam non fuisse. stultumq; credere prorsus est, ciues suos, ueluti hostes essent, ita à Thebanis contemptos fuisse, ut à fera illa deuorari permitterentur. Habet igitur sese hoc pacto ueritas. Cadmus cum mulierē Amazonida, cui Sphinx erat nomen, secum haberet, Thebas peruenit. Cūq; Draconem in

H 3

terfe-

terfecisset, huius ipsius regnū occupauit. Post  
 haec & Draconis sororem, cui Harmonia e-  
 rat nomen, cepit. Intelligens autem Sphinx  
 quod Cadmus aliam duxisset uxorem, ac sibi  
 persuadens multos ciues se abeuntem secutu-  
 ros esse, quamplurimas diuitias rapiēs, secūq;  
 celerem canem ducens, quem Cadmus habe-  
 bat, cum his omnibus in Sphincium montem  
 nuncupatum peruenit, et exinde Cadmo bel-  
 lum inferebat, incursiones autem insidiando,  
 cum per unumquenq; ex illis montibus face-  
 ret, singulis horis plures homines interime-  
 bat. Vocant autem Thebani incursiones ipsas  
 aenigmata. Diuulgabant hoc autem passim ci-  
 ues in hunc modum, dicētes: Argiua Sphinx  
 nos, aenigma quoddā proponēs, diripit. Quo-  
 nam autem modo aenigma faciat, inuenire ne-  
 mo nostrū potest. Publico itaq; edicto nun-  
 ciari Cadmus iussit, Sphingē interficienti cui-  
 cunq;, diuitiarum perquam plurium praeuiū  
 esse propositum. Ad quam cum Oedippus Co-  
 rynthius accessisset, uir equidem bellicis in-  
 rebus clarus ac strenuus, cum equo ueloci,  
 quem secum habebat, unā cum Thebanis qui  
 busdam

busdam, quos in societatem sibi assumpserat,  
 nocturno tempore cum his montem uersus  
 accedens, Sphingem ipsam de medio sustulit.  
 Pro quibus euentibus fabula haec in medium  
 adducta fuit.

## DE VULPE.

**D**E Thelmesia uulpe dicunt, quod The-  
 banos haec rapiens, deuorabat. Quod  
 quidem omnino simplex ac fatuum est. Neq;  
 enim quodpiam aliud animal est, quod terre-  
 stre existens, hominem rapere atq; asportare  
 ualeat. uulpes in super paruū animal ac debile  
 est. Fuit autē quidpiā tale. Thebanus uir qui-  
 dā bonus ac pulcher satis admodū fuit, qui  
 Alopix nomine, hoc est uulpes nominabatur.  
 Hunc autē cum astutissimus esset, & omneis  
 homines prudentia superaret, Thebanorum  
 rex ueritus ne sibi insidias aliquando strue-  
 ret, e ciuitate expulit. Qui cum ualidissimum  
 sibi exercitum cōparasset, aliosq; secum mer-  
 cenarios milites adduxisset, Thelmesium nū-  
 cupatum collem occupauit. unde desiliens,  
 Thebanos praedabatur. Dicebant itaq; The-  
 bani homines: Alopix, hoc est uulpes dictus

circumquaq; decurrens nos subiugat. Ad hunc autem locum uir quidam Cephalus nomine, genere Atheniensis, qui magnum exercitum habebat, cum peruenisset, Thebanis auxiliū ferens, Alopeca hunc, hoc est uulpē nominatum interfecit, atq; eo ex loco exercitum eius omnem depulit.

## DE NIOBE.

**N**lobem dū uiueret, super filiorum suorum sepulchrum lapidem factam esse memorant. Quicumq; autem ex lapide hominem, rursusq; ex homine lapidem fieri posse credit, stultus hic quidem planè est. Verum autem hoc habet. Niobe mortuis sui ipsius liberis, cum lapideam imaginem sibi constituisset, eam supra natorum suorum sepulchrum posuit. Nosq; ipsi hanc utiq; , qualis reuera esset, inspeximus.

## DE LYNCEO.

**L**ynceum dicunt, quod ea etiam quæ sub terra erant prospiciebat: quod quidem falsum prorsus est. Nam ueritas ita sese habet. Lynceus æs, argentum, cæteraq; metalla primus inquirere cœpit. In qua quidem

meo

metallorum inquisitione, lucernas secum intra terræ penetralia circumferens, ibidem eas forte relinquebat, ac sursum ipse æs ferrumq; reportabat. Quod factum uidētes homines, dicere consueuerant, quod Lynceus subterranea etiam prospiciebat, ob idq; argentum inde sursum afferebat.

## DE CAENEO.

**C**Aenea inuulnerabilem omnino fuisse aiunt. Quicumq; autem hoc ad credendum suscipit, quod homo quispiam ferro inuulnerabilis existat, amens hic reputandus est. Veritas itaq; sic se habet. Cæneus genere Thessalus, uir erat bellicis in rebus sirenuus ac potens, pugnandiq; scientia præditus. qui cum multis in bellis olim fuisset, nullo tamen unquam tempore uulneratus fuerat. Atq; ad eò cum Lapithis simul quandoq; pugnans, à Centauris interfici nullo modo potuit. sed ab illis solum comprehensus cum fuisset, multitudine illorum obrutus est, sicq; consumptus fuit. Eius itaq; defuncti Lapithæ cadauer suscipientes, nullisq; confossam uulneribus corpus inueniētes, dicere consueuerant, Cæ

H 5 neus

neus cū alias toto suæ uitæ tempore inuulnerabilis fuerit, itidem sine ullis nunc quoque uulneribus mortuus est.

## DE CYGNO.

**I**dem quoq; sermo de Cygno Colonenſi circumfertur. illum namq; dicunt inuulnerabilem pariter fuisse, eo quod cum pugnator quoq; is, scientiæq; bellicæ peritissimus esset, ac Troiano in bello ab Achille lapide percussus fuisset, minime uulneratus est. Eius itaq; cū defuncti cadauer homines intuerentur, q; in uulnerabilis quoq; hic esset diuulgabāt. atq; ita nomine quoq; ipso inuulnerabilis nūcupatus est. Assētitur hac in re mihi, meumq; sermonē hunc affirmat & cōtestatur Ajax Telamonius. nāq; & is quoq; inuulnerabilis dictus est, q; uel seipsum ense proprio peremit.

## DE DÆDALO, ET ICARO.

**D**ædalum unā cum Icaro filio, quandā ob causam in carcerem à Minoe inclusum fuisse aiunt. qui quidem Dædalus cum fictitias sibi pēnas fabrefaciēdo aptasset, unā cum Icaro illinc exiuisse fertur. Scientiam uero hunc uolantes homines faciendi absq;

ulla

ullamachina, et artificio, pēnasq; præsertim fictitias habentes, calluiss; impossibile est. Tale igitur hoc erat quod ab eis dictum est. Dædalus cum in carcere esset, ac sese ipsum per fenestram quandam demississet, scapham mare sulcaturus inscendit. quod simulatq; Minos intellexit, quæ illum abeūtem nauigia insequerentur, mittit. Id autem Dædalus atq; Icarus agnoscentes, persecutoresq; altergo in stare animaduertentes, uēto terribili ac uehemēti cū impetu flāte usi, aduolātes, hoc est nauigantes circum pelagus uertebantur. Atq; is ipse Dædalus in terram cum peruenisset, incolumis seruatus est. Icarus uero in mari perijt, à cuius quidem nomine Icarium mare denominatum est. qui cum postea ab undis in terram eiectus Icarus fuisset, à patre Dædalo sepulturæ demandatus fuit.

## DE ATALANTA ET MILANIONE.

**D**e Atalanta & Milanione hoc etiam referunt, quod illa quidem in leonem cōmutata fuit, hic uero leo factus est. Veritastamen rei huius talis est. Atalanta & Milanion cum simul in uenatione essent, Atalan

tæ

latae puellae, ut secum in coitu miscetur, Milanion persuadet, atque ob id in spelucam coiturus, eam perducit, simulque conueniunt. Sed in eo forte antro leonis atque leaenae cubile erat. qui cum illorum uoces audissent, egressi cum impetu, Atalantam atque Milanionem dilaniarunt. Non multo autem tempore post leone ac leaena ipsa exinde egredientibus, qui socij in uenatione Milanionis erant, in huiusmodi animalia Atalantam atque Milaniona transformatos fuisse existimabant. Reuersique in ciuitate, ipsi talia passim de Atalanta & Milanione, quod in leones mutati fuissent, diuulgabant.

## DE CALLISTONE.

**E**T de Callistone talis quoque sermo existit: quod uenatrix cum haec esset, ursa facta est. Ego uero dico etiam haec ipsam montes inhabitantem, ubi ursa quaedam forte inerat, ab ea in uenatione consumptam fuisse. Quicumque igitur in uenatione cum ea erant, non illam amplius ex ursae cubili egredientem, sed solam ursam uidentes, quod Callisto puella ursa facta esset, dictitabant.

De

## DE EVROPA.

**E**Vropam Phoenicis filiam, cum a tauro uecta fuisset, ex Tyro in Cretam mari peruenisse censent. Mihi uero longe secius fuisse uidetur, eo quod neque taurus, aut equus tam profundum pelagus transfretare potuisse uideatur, neque utique puellam Europam supra taurum tam ferum animal ascendere uoluisset. Atque adeo si Iupiter Europam in Cretam accedere in animo habuisset, meliorem sane uiam, quam haec erat, inuenire potuisset. Veritas rei hoc habet. Cretensis uir quidam, cui Taurus nomen erat, bellum in Tyrrhena regione gerebat. hic cum plures alias eo in loco puellas rapuisset, Europam praecipue regis filiam, postremo captiuam abduxit. Quae ex re dicere homines solebant, Europam regis filiam Taurus asportauit, ob idque fabula haec conficta fuit.

## DE DVRATEO EQVO,

et Troia.

**A**Chiuos ligneo in equo Ilium expugnauisse tradunt, qui quidem sermo uanus utique, ac fabulosus omni ex parte est. Veritasque ipsa hoc habet, Equum ligneum ita fabricauerunt Graeci,

Græci, ut magnitudine sua portas urbis supermineret, ne portis recipi, aut intra moenia duci ullo pacto posset. Ductores uero iuxta ciuitatem ipsam concauo in loco quodam sedebant, qui in hunc usque diem Argiuorum insidiae uocatur. Transfuga autem Sinon cum ad Ilium peruenisset, Iliensibus ipsis persuadet, ut equum illum intra ciuitatem suam ducere omnino debeant, hoc ipsum addens quoque, fore scilicet ut nullo pacto deinceps Græci aduersum eos accedere possent. Cui audiētes Troiani cum fuissent, & portas quoque urbis deposuissent, equum ipsum introducentes, admittunt. Prudentibusque mox ipsis cum securitate, ac nil tale uerentibus Troianis, impetu facto, eos adorti sunt Græci. Ac tali quidem pacto Troia capta est.

## DE AEOLIO.

**A**Eolum uentorum regem fuisse aiunt, qui Ulyssi uentos in utre conclusos dedit. Quam quidem rem fieri impossibile esse, omnibus manifestum existimo. Verisimilius utique fuisset id quod erat dixisse, Aeolum scilicet astrologum fuisse, qui Ulyssi tempora, quibus

quibus exortus flantium quorundam uentorum fieret, praedixerit. Moenia in super hic ciuitatis suae ex aere circumdata habuisse traditur: quod etiam falsum omnino est. Armatos namque uiros, ut reor, potius ille habebat, qui ciuitatem eius praesidio custodiebant.

## DE HESPERIDIBVS.

**H**esperides mulieres quasdam fuisse tradunt, quibus mala aurea super malo arbore, quae draco custodiebat, fuerant. ad quae quidem poma aurea Hercules expeditionem fecerit. Veritas tamen rei huiusmodi est. Hesperus uir quidam Milesius erat, qui in Caria habitabat, duasque filias habebat, quae Hesperides nominabantur. Illique ipsi oues pulchrae atque foecundae erant, quales & nunc in Mileto quoque sunt: quae quidem ob id aureae iam oues nuncupabatur, quoniam pulcherimum omnium rerum aurum est, & illae quoque pulcherimae erant. Mila etenim ut poma, sic oues quoque apud Graecos uocantur. quae quidem Mila, hoc est oues, cum circa maris littus pascentia Hercules uidisset, ea abigendo comprehendens, nauis suae imposuit, simulque earum pastorem nomine

nomine Draconem secum domum perduxit, et hoc, non amplius Hespero iā ipso uiuente, sed eius duntaxat superstitibus filiabus. Dicebant itaq; homines: Aurea equidem mala uidimus, quæ ab Hesperidibus Hercules, draconem quoq; custodem interficiēs, abduxit. sicq; exinde fabulosus sermo confictus formatusq; fuit.

## DE COTTO ET BRIAREO.

**D**E Cotto & Briareo dicūt, quod cum uiri essent, centum tamen manus illi habebāt. Quod quidem uelle dicere, quomodo non stultum prorsus est? Verum hoc autē in se habet. Ciuitati in qua illi habitabant, Hecatontachiria, hoc est Centimanus nomē est. Erat autē ciuitas illa, quæ nūc Orestiadēs uocatur. Dicebant itaq; homines, Cottus, Briareus & Gyges hecatontachirei, hoc est centimani, auxilium dijs afferentes aduersus Titanas, ab Olympo eos expulerunt.

## DE SCYLLA.

**D**E Scylla etiam tradunt, quod in Tyrrena regione fera quædam fuit, quæ mulier quidem usq; ad umbilicum esset, canū uero

uero capita exinde ei nata sint, ac reliquum corporis serpentis haberet. Talem autem naturam credere ualde stultū est. Veritas namq; huiusmodi est. Tyrrenorū insulæ erāt, quæ cuncta circūuicina Siciliae Ionijq; sinus loca, atq; regiones deprædabātur. Tunc temporis autem nauis erat triremis uelox, cui Scylla erat nomē: quæ quidem ipsa triremis cætera nauigia comprehendens, cibum sæpius assequēbatur, sermoq; ob id multus de ea erat. Hanc autem nauem Vlyses uehementi & cum impetu flante uento usus effugit. Quod mox in Corcyra Alcinoos narrauit, quoniam scilicet pacto euaserat, et quomodo nauē illā effugerat. nauisq; præterea eius formæ descripsit, a quibus quidē rebus fabula cōficta fuit.

odys. xii.

## DE DAEDALO.

**I**llud etiam de Dædalo narrant, quod statuas per se ambulantes fabrefaciebat. Ire uero sua spē statuas, impossibile mihi sanē uidetur. Verum autem hoc habet. Quicumq; tunc temporis statuas uirorum statuarij faciebant, imaginesq; exornabant, iunctos adnexosq; corpori pedes quibus inniterentur habentes,

I bentes,

bentes, uiriles statuas faciebant. Dædalus uero ipse uno pede tantum elato, sese uertentes statuas formabat. Quamobrem id uidentes homines, statuas à Dædalo factas ambulare dicebant, ac non ut cæteras consistere. Quæ admodum nunc quidem etiam dicimus, quod picti sint homines pugnâtes, & uertentes se se equi, ac naues in undis sese submergentes.

## DE PHINEO.

**N**Arrationibus quoque fabulosis de Phineo dicunt, quod Harpyiæ substantiâ eius asportabant. Existimant uero quodam feras uolatiles has fuisse, quæ cibaria ex Phinei mensa diriperent. Veritas tamen sic habet. Phineus Penonix rex erat, qui cum ad senectutem peruenisset, uidendi usum prorsus amisit, simulque liberi eius mares mortui sunt: filia uero illi, Pyria & Erasia dictæ erant, quæ paternam substantiâ omnem destruebant, adeo ut Phineum miserum Poetæ dicere cœperint, cuius bona Harpyiæ ita dilapidarent. Huius uero Phinei misericordiam moti uicini eius Zethus & Calais, qui Boreæ uiri non ignobilis filij erant, auxiliumque illi afferentes, filias eius è ciuitate

ex

expulerunt, ac diuitias bonaque illius dispersa in unum congregantes, Thracensem quendam illorum custodiæ præferunt.

## DE METRA.

**D**E Metra Erisichthois filia aiunt, quod quotiescunque pater suus utique uolisset, formam mutare consueuerat. quod quidem credere ridiculum prorsus est. Quomodo enim quæso uerisimile sit, ex puella bouem, rursusque canem uel auem fieri posse? Verum autem sic habet. Erisichthon uir Thesalus erat, qui consumptis facultatibus suis, pauper effectus est. huic uero filia pulchra et honesta, raræque formæ erat, quæ Metra nominabatur. Hanc quicumque uidisset, eius amore protinus detinebatur. Argenteo autem illius temporis homines prociq; in sollicitandis mulieribus minime utebantur, sed dabant alij quidem equos, nonnulli boues, quidam oues, uel quodcumque ipsa tanquam sibi magis gratum uolisset. Quocirca Thesali hoc uidentes, passim dicere consueuerant, congregatum scilicet Erisichthoni uictum opera ac beneficio Metræ eius filia fuisse, quæ patri equos, boues, aliaque per quæ

I 2 plurima

plurima suppeditabat, quibus ex rebus fabu-  
bula conficta fuit.

## DE GERYONE.

**G**eryonem tria capita habuisse dicunt:  
quod totum planè impossibile est, cor-  
pus aliquod esse quod tria habeat capita. sed  
tale quid omnino fuit. Ciuitas in Euxino por-  
to est, Tricarinia, hoc est tricipitia nūcupata.  
Erat autem tēpestate illa Geryon inter alios  
homines nomine famigeratus, ut qui diuitijs,  
multisq; alijs rebus maxime excellebat, ac  
boū inter cætera armentum perq; admirabile  
habebat. ad quod cū Hercules, ut boues abi-  
geret, accessisset, sese illi opponentē Geryo-  
nem de medio sustulit, sicq; boues abduxit.  
quæ omnibus eas, dum circumagerentur, in-  
spicientibus, magnam admirationem incutie-  
bant. mediocris nanq; illis magnitudo quæ ad  
inerat, à capite quoq; ad ilia usque paruæ si-  
mæq; erant, cornua prorsus non habebant, of-  
sa uero & longa & lata quidem apparebant.  
Percuntantibus itaq; hominibus, cuius nam  
boues illæ essent, eas Hercule, Geryonis Tri-  
carini, hoc est tricipitis existentes, abegisse

nonnulli asseuerabant. Ex quibus dictis Ge-  
ryonē ipsum tria capita dubio procul habuis-  
se, quidam existimabant.

## DE GLAUCO SISYPHI.

**G**laucum quoq; ab equis consumptum  
fuisse tradunt, ignorâtes scilicet equo-  
rum nutritorem hunc etiam fuisse, qui dome-  
stica bona nulla in re curabat. quinimmo sum-  
ptus perquam maximos cum quotidie magis  
ac magis faceret, consumptus est: sicq; uictus  
omnis ac facultas postremo illi defuit.

## DE ALTERO MINOIS

## Glaucos.

**E**t hæc ipsa quoq; fabulosa narratio tota  
ridicula est, quod Glaucum, cum is mel  
bibēs perisset, Minos pater intra sepulchrū,  
& unā cum eo Polyidum domini medicum ui-  
uentem adhuc, dimer sit. Qui quidē medicus,  
cum draconē quendam mortuo draconi cui-  
piam herbam porrigentem animaduertisset,  
qua illum ad uitam reuocabat, iidem ipse ea-  
dem herba in Glaucum facere orsus, eum ad  
uitam resurgere fecit. quod quidem nullo pa-  
cto fieri potest, impossibileq; omnino uidetur.

Quod uero factū fuit, tale quidpiā est. Glaucus cum mel biberet, ualde perturbatus est, plurimāq; illi colera usq; adeo mota est, ut animus illi prorsus defecerit. Ad hunc ita male se habentē, quamplurimi alij medici, diuitias sese consequi posse sperantes, uenerūt: Polydusq; praesertim, qui cum in memoria herbæ cuiusdam naturam haberet, quam à medico quodam, qui nomine Draco dicebatur, percepit, hac eadem usus, Glaucum protinus saluti pristinae restituit. Dicebant itaq; quidam, hoc animaduertentes, Glaucum ex potu melis mortuum, Polyidi curatione ad uitam reuocatum fuisse.

## DE GLAUCO MARINO.

**C**Anitur insuper, quod et hic Glaucus, cum herbam olim quampiam comedisset, immortalis est factus, & nunc quoq; in mari habitat. hoc autem credere, herbam hanc Glauco duntaxat, neq; alteri cuiquam ut a se queretur, contigisse, hominemq; in mari, uel aliud quodpiam terrestre animal uiuere, puerile admodum est. Hoc habet namq; in se ueritas. Glaucus piscator uir erat, genere quidem  
Antheo

Anthedonius, urinatorq; praeter ceteris eximius, qui uel cunctos sui temporis natatores in undis exuperabat. Contigit autem, quod cum hic prope portum ante omnium conspectum, qui in ciuitate erant, nataret, ab omnibusq; uideretur, in locum quendam ei natate contigit, ut mox per aliquot dies uisus ab amicis non fuerit, natansq; mox ab eis iterum uisus est. Quærentibus ergo domesticis eius, ubi nam locorum per ea tempora, quibus uisus non fuerat, habitasset, in mari sese fuisse falso respondebat. Pisces praeterea unum in locum plures concludens & occultans adseruabat, ut hyemali tempore quando reliqui piscatores nullos capere pisces poterant, solus ipse haberet. Ciuibus ob id quoscunq; pisces exoptassent, sese protinus allaturum esse pollicebatur, sicq; & quos utiq; uoluissent eis statim afferebat: Glaucus ob id marinus uocitabatur. Qui mox cum in marinam feram incidisset, ab ea consumptus est. Quo è mari nusquam redeunte, Glaucū in mari uiuere, atq; ibi considere fabulati sunt.

**B**ellerophontē ab equo Pegaso, qui pen-  
natus erat, gestari solitum fuisse tradūt.  
Mibi uero absurdum prorsus uidetur, equum  
uolitare posse, etiamsi omnium auium pennas  
sibi adiunxisset. Atq; adeò si quandoq; tale ani-  
mal fuit, nunc etiam utiq; existeret. Illum etiā  
Bellerophontem aiunt Amisodari Chimæra  
interfecisse, quæ quidem bellua erat, ut dici-  
tur, prima leo, postrema draco, media ipsa chi-  
mæra. Quidam uero existimant hanc feram  
fuisse tria capita habentem: quod impossibile  
est, Leonē scilicet similibus cum alijs animan-  
tib. cibus atq; domesticis uti. Quod uero mor-  
talem naturam habuisse, ignemq; eam ipsam  
spirasse dicitur. puerile est. Cui nā enim quæ-  
so, potissimum ex illis tribus capitibus in reli-  
quum corpus potestatem fuisse dicendum est?  
Verum ergo ita habet. Bellerophontes Phry-  
gius uir erat, genere quidem Corynthius, bo-  
nus pulcherq; satis. Hic cum nauigium sibi  
præparasset, maritima circūqua; loca depræ-  
dabatur. nomen autem nauis Pegasus erat, ut  
nunc quoq; suum cuilibet nauigio nomen est  
inditum.

inditum. Nomen autem id Pegasi nauigio ma-  
gis, quàm equo aptum fuisse uidetur. Ea uero  
tempestate Amisodarus rex ad Xanthum flu-  
men habitabat, sub quo altus mons Telmissus  
nomine erat, ad quem duo ascensus per plani-  
ciem, pascuq; ab anteriori ciuitatis Xanthio-  
rum parta erant, tertius retro à Caria. reli-  
qua uero loca inculta inaccessaq; prorsus iace-  
bant, horumq; in medio hiatus terræ satis ma-  
gnus erat, unde uel ignis utiq; superascende-  
bat. His autem mons alius Chimæra dictus  
adiacebat. Illo uero tempore, quemadmodum  
eius regionis incolæ narrant, ante planiciem  
illam habitatam leo quidam erat, retro uero  
draco unus, qui pastores ambo circunqua;  
lædebant. Ad quæ loca Bellerophontes acce-  
dens, montem expugnauit, & Telmissus ab  
eo simul concrematus est, feræq; illæ sic pe-  
rierunt. Dicebant itaq; eius loci habitatores,  
Bellerophontem illuc cum Pegaso appul-  
sum, Amisodari Chimæram perdi-  
disse. Quo ex factò fabula con-  
ficta est.

**P**elopem cum alatis equis Pisam, ut Hippodamiam Oenomai filiam desponsaret, uenisse dicunt. Ego uero eadem ferme de Pelope dico, qualia & de Pegaso quoque dixi. Si enim Oenomaus Pelopis alatos equos uidisset, non utique illi filiam suam in uxorem, quæ talè currum ascenderet, præbere uoluisset. Dicendum itaque potius fuit, quod Pelops nauem impellens, quæ equis quibusdam alatis insculpta erat, ad Hippodamiam puellam rapiendam accessit, qua rapta fugiens uehebatur. Talisque super hac re fabula formata fuit.

## DE PHRIXO ET HELLE.

**N**arrant insuper Phrixo ab ariete prædictum fuisse, quod pater Athamas eum mactare in animo habebat: quo audito, sorore sua Helle secum aduocata, arietem ipsum cum ea inscendit: mareque ambo sulcantes, in Euxinum pontum peruenerunt. quod quidem, ut credi possit, perquam difficile est: quod aries, ueluti nauigium quodpiam esset, mare pernatare, tanto præsertim duorum hominum portere

dere onustus, potuerit. Et ubi nam quæso alimenta cibi, potusque arietis, atque illorum in mari esse poterant? Absit enim quod eos ullo pacto impastos, et absque cibo potuque tanto tempore manere potuisse dicamus. Illud post hæc absurdum est, quod de Phrixo quoque dicitur, quod salutis suæ autorem seruatoremq; arietem cum mactauisset, pellè ei detraxit, quæ Aetæa muneris loco, ut filiã eius in uxore haberet, dedit. Hic uero Aetes Colchorum rex erat. Vide autem quomodo tunc temporis pelles huiusmodi arietinæ raræ apparebant, quæ regem quoque ad filiam propriam illi pro hoc dono, ueluti eius dote in matrimonium dandam, impulerit. licet eam usque adeo magnificeret, ut nullius mariti connubio dignam hætenus existimasset. Iam uero quidam, ut risum (quem pelles hæc mouere posset) effugiant, aureã hanc pellem fuisse adiungunt: quæ si aurea quidem fuisset, tanto minus à rege capi, ut quam Phrixus ei peregrinus uir dabat, oportere uidebatur. Dicitur quoque, ad hoc uellus aureum Iasonè unã cum Græciæ proceribus nauẽ Argonautarum, impulisse. Verumenim uero neque

Phrixus

Phrixus mihi tam ingratus erga arietem bene factorem suum fuisse uidetur, ut eum perdere uelle sustinuerit. Neq; etiam si splendidissimū smaragdisq; plenū uellus hoc fuisset, uel propter hoc solum nauem Argo illuc Iasonem nauigando impulisse credendū est. Veritas itaq; sic sese habet. Athamas Græcorum exercitus in Phrygia præfectus erat. Huic autem diuitiarum suarum procurator, ac ueluti custos erat uir quidam nomine Aries, quem præ cæteris fidelē sibi maxime esse existimabat. Is cū fortē Athamantē de nece Phrixi paranda cogitare intellexisset, Phrixi id protinus significat. qui quidem hoc audito, nauem ætutum præparauit, & in ea diuitias per plures imposuit, simulq; Pelopis matrem in eadem naui sibi adiungit, quæ Eos, hoc est Aurora dicebatur. Hæc quoq; suis ex opibus atq; diuitijs imaginē auream cum sibi fecisset, eam naui imposuit. Quo factō simul cū his bonis Phrixus, Helle & Aries, nauigantes abiere. Contigit autem, quod in nauigatione illa Helle puella præ imbecillitate nimia deficiens mortua est, à cuius nomine mare illud Hellesponti nomē hoc

hoc sortitum est. Illi uero cum ad Pharon peruenisset, sedes ibi posuerunt, ubi Phrixus Octæ regis Colchorum filiam in matrimonium duxit: cui dotis nomine auream illam Auroræ imaginem potius, et non pellem arietis aureā, dedit. hæc q; ueritas ipsa est.

## DE PHORCYNIS FILIABVS.

**D**E filiabus quoq; Phorcynis perquam ridicula narratio circumfertur, uidelicet quod Phorcyn ipse tres filias habebat, quæ uicissim uno oculo, quem duntaxat inter omnes habebant, cum uidere illis opus erat, utebantur. atq; ita fiebat, ut quotienscunq; ex illis una oculo uti uellet, capiti suo illum insertaret, sicq; uideret: quo quidem cum illa satis usafuisset, alijs eum uicissim tradere consueuerat, ita ut omnes hoc pacto uiderent. Cum autem Perseus ad illas forte accessisset, atque eam quæ tunc oculū habebat, cunctanti gradu à tergo adortus esset, denudato ense, ut sibi Gorgona ostenderent petijt, mortemq; eis, nisi eam utiq; manifestarent, minitatus est. Illæ uero mortem formidantes, eam protinus indicant. Cuius caput ipse cū amputasset, aera uolando

uolando in scēdit, simulq; hoc Polydectæ ostendens, in lapidem eum mutauit. Quod quidem omnino ridiculum est, uiso defuncti capite uiuentem hominem lapideum fieri posse. Quæ enim quæso ad hoc faciendum uis mortuo inest? Fuit autem tale quidpiam. Phorcyn uir quidā Cyrenæus fuit. Cyrenæi uero genere Aethiopes sunt, Cyrenenq; in insulam extra Herculis columnas existentem incolunt, Libyamq; arant iuxta Aunona fluuium, propeq; Carthaginē sunt ualdediuites. Hic Phorcyn Hercules columnis, quæ tres sunt, imperans, quatuor cubitorum statuā aureæ Mineruæ fieri fecit. Vocant enim Mineruam Cyrenæi Gorgonem, ueluti Dianā Thraces Bendiā, Cretenses Dictynam, Lacedæmonij uero Vpim. Verum antequam statuam ipsam Phorcys in templo consecrasset, moritur, tresq; post se natas reliquit, Sthenonem uidelicet, Euryalem & Medusam, quæ nemini in matrimonium sese coniungere unquam uoluerunt, sed uitam cœlibem degentes, substantiam omnem inter se diuisere, & qualibet uni ex tribus insulis imperabat, quæ sibi

in bonis contigere. Gorgonem uero statuam illam auream Mineruæ neq; in templo sacratā ponere, neq; diuidere uelle illis uidebatur. Quinimmo apud unamquamque illarum eam ipsam uicissim, ueluti thesaurum quendam depositam, retineri debere censuerunt. Phorcyni uero socius quidam honestus bonusq; uir erat, quo suis in rebus ueluti oculo utebatur. Persens autem ex Argo exul, secum nauigia roburq; militare habens, maritima loca tunc populabatur. qui ratus Gorgonem hanc reginam mulierum quandam esse, locupletem quidem, sed quæ tamen uiribus imbecilla esset, ad nauigat primum in portum, & stationē ibi nauiū faciens, ea loca quæ inter Cyrenē & Sardinia erant, percurrit. ab unaq; ad alteram earum descendens, oculum ipsum capit. Intellexerat enim ab earū una, se nihil aliud ex illis locis præterquā Gorgonē, quæ magnā uim auri in se habebat, auferre posse. Puella igitur ipsæ postquam oculum amplius in parte, secundum sermonem prædictum, non habebant, in unum cōuenerant iurantes: nā altera alterā accusabat, & oculum detineret. Sed

Sed posteaquam sese prorsus eum non habere cognouerunt, quid nam de eo utiq; factum fuisset, ualde admirabantur. Interim ad eas ita consternatas, Perseus nauigat, oculumq; ab eis quaesitum sese habere significat: quem tamen illis se nullo pacto daturū ait, nisi prius ubi nam Gorgo sit, ab eis edoctus fuerit. Minabatur ad haec, nisi hoc manifestarēt, eas in terfecturum esse. Medusa non ostensuram se esse ait, uerum Stheno et Euryale ostenderūt. quare Medusam ob id Perseus interfecit, illis uero duabus oculum restituit. Cū itaq; Gorgonem accepisset, in partes eam plures dissectuit, & in trireme sua seruatum ab se caput eius reposuit, ipsiq; nauis nomen Gorgonis indidit. Cum qua mox per nauigans, ab insularis circumquaq; pecunias assequebatur, eo quod omnes qui aliquid ei contribuere recusarent, interimebant. Sic & à Seriphijs, ad quos nauigando peruenit, pecunias petijt. Illi uero in unū omnes sese, ut ei resisterēt, primo congregarunt: rursumq; cū ad eos in forū coactos Perseus accederet, Seriphon illi relinquentes abierunt, ut ipse neminem omnino ibi

ibi inuenerit hominem, sed lapides quidem factos, non autē uiros amplius. Quocirca insularum reliquis pecunias sibi tradere denegātibus, dicere Perseus adsucuerat, Videte ne quemadmodum Seriphij, Gorgonis caput uidentes, in lapides & uos mutemini. Id namq; malum ipsi passi sunt.

## DE AMAZONIBVS.

**D**E Amazonibus talia praedicantur, quod mulieres illae quidem non erāt, sed uiri potius barbari, qui oblongas uestes et ad talos usq; demissas, ad instar Thracensium mulierum gerebant, comamq; mitris continebant, ac barbas radebant: ob id autem ab hostibus in bello per contumeliam foeminae uocitabantur. Amazones autem suapte natura sibi ingenita, strenui bellatores erant. Expeditionem uero mulierum istarum nunquam factam fuisse (quando & nunc quoq; nulla apparet) credere uerisimile est.

## DE ORPHEO.

**F**alsus quoq; de Orptheo sermo uulgatur, quod scilicet eū cythari ante quadripedes, aues, atq; arbores sequerentur. Id

K. autem

autem mihi tale quidpiam fuisse uidetur, quod Bacchæ furentes scæminæ erant, quæ in Pieria ouium pascua dilaniabant, aliæq; plura mala uolenter perpetrabant. Quæ uero cum ad montana loca se recepissent, plures ibi dies se continuerunt, ubi cum diutius permanerent, ciues sibi iam ipsis, suisq; mulieribus ac filiabus mali aliquid ab eis timentes, qui Orpheum accirent, mittunt, illiq; rogant, ut aliquid excogitando machinari uelit, ut quoquo modo posset, furentes scæminas è montibus deduceret, qui quidem Orpheus cum Bacchi sacra solennia ordinauisset, citharæ sono Bacchætes illas demulcens, è montibus secum deduxit, ferulas quidem primum habentes, sed quæ cum è montibus descenderent, diuersarum arborum ramos secum gerebant. Quod spectaculum uidentibus hominibus incredibilem admirationem afferebat. Namq; primo aspectu illo, deducta ab eis è montibus ligna, arbores, quæ reuera descenderent, esse uidebantur. Quamobrem qui talia perspicerent, ita secum dicere consueuerant: Orpheus citharam pulsans ex monte syluam ad se ducit.

atq;

atq; ex hoc tantum fabula ipsa composita fuit.

## DE PANDORA.

**N**on tolerabilis de Pandora sermo diuulgatus est, quod cum ipsa ex terra formata fuisset, alijs quoq; scæminis simile ipsa forma dederit. Mihiq; hoc potius sic fuisse uidetur, quod Pandora mulier Græca fuerit ualde diues, quæ quoties domo exibat, sese plurimum exornare solebat, atq; in primis pigmento quodam ex terra confecto sese perungens utebatur. Resq; ipsa omnino sic se habet, nec alio quopiam modo. Quamquam sermo hac de re factus ad impossibilia quædam conuersus fuisse uideatur.

## DE GENERATIS EX

fraxino.

**E**T quid quæso uilius magisq; stultum est, quam primum genus hominum ex fraxino generatum esse dicere? Siquidem Melius uir potius quidam nomine fuit, à quo Meliæ scæminæ denominatæ fuerunt. Quemadmodum ab Helleno Hellenes græci, & Iones ab Iono dicti sunt. Ferreas insuper atq; æneas, quod dicitur, ætates tunc fuisse, nunquam omnino existimandum est.

K 2 De

**D**icitur quod ex seipso Hercules folia quaedam habuit, ipse igitur Phyllires dictus, etsi priuatus humilisq; sortis existeret, cogitās tamen quorsum illa Hercules gestaret, cōbūsit. sicq; ratio inde tracta est hoc modo.

**D**E Ceto hæc quidē memorantur, quod Troianos è mari exiens inuadebat. Et si quidē ei puellas aliquas Troiani obtulisset, ab eis recedebat: si minus, eorum totā regionem deuastabat. Quā uero id fatuum sit credere, Troianos filias proprias Ceto exponere solitos fuisse, quis non uidet? Virum nanq; potius magnum quempiam nomine Cetum, hūc fuisse dicendū est: qui cū rex esset, multum roboris uiriumq; habens, ac in re nauali ualde potens, paludem quandam in Asia quam Troiani possidebant, circa mare subuertit, tributumq; ab eis sibi obid persoluebatur: quod quidā Dasmon, hoc est uectigal uocāt. Argento autem eius temporis homines minime utebantur, sed uasis solum, ac supellectile omni

omni alia. Imperauit ideo rex ille, qui Ceton nomine dicebatur, ut ciuitates quaedam tributum nomine equos sibi darēt, aliæ uero puellas mitterent. Hunc uero regem, cui nomen erat Ceton, barbari Cetum uocabant. hic circum quaq; loca illa adibat, & debito necessarioq; tempore tributum ab ijs promissum exigebat. Quod si quæpiam ciuitates persoluere recusarent, eorū regiones ac loca male tractabat. Peruenit et is quoq; ad Troiā, eo potissimum tempore quando Hercules illuc etiam exercitum Græcorum habens, uenit. Unde Herculem tunc Laomedon rex in Troianorum præsidium conduxit. Ceton uero exercitū suum cum impetu in eos duxit. Cui cum obuiā Hercules & Laomedon cum copijs suis facti essent, illum interfecerunt. Quo ex facto sermo fabulosus confictus est.

**I**llud quoq; super Hydra dicitur, quod Lerneus serpens erat, quinquaginta capita, unicumq; duntaxat corpus habens. Et postquā ex illius tot capitibus unum excisum fuisset, duo alia ibi capita repullulare solita fuisse.

Cancrumq; insuper illi aduersus Herculem Hydram occupantem, auxiliatum fuisse. Si quis igitur sit, qui talia fuisse omnino persuadere sibi possit, fatuus hic quidem est. Verum nãq; hoc habet. Lernus rex erat: habitabant aut omnes homines tũc tẽporis in pagis, et unicuiq; locorũ istorũ reges sui prãerãt. Sihenelus uero Persei filius, Mycenã locum maximũ & hominũ frequentia habitatum, tenebat. Huic Lernus rex minime subijci uolebat, bellum ob id inuicem ambo gerebant. in ingressu autem regionis eius, Lerni oppidulum quoddam fortissimũ erat, quod quinquaginta uiri fortes sagittiferi custodiebãt, quos intra turrim incluserat, ac diurno nocturnoq; tẽpore pro prãesidio eius loci detinebat: nomen huic oppidulo Hydra erat. Ad hũc locũ expugnandũ Herculem Euristheus mittit, qui castellum ipsum expugnauit. In hac uero oppugnatione sagittiferi qui in turri erant, ignẽ in hostes demittebant, sagittasq; e turri iaculabantur. Et quotienscunq; euenerat, ut ex illis sagittiferis quispiã uulneratus caderet, duo statim alij in demortui unius locum assurgebãt, & hoc

et hoc quia fortissimus is esse credebatur, qui antea ceciderat. Posteaquã uero ab Hercule Lernus in bello uirilus inferior, premi se uidit, externi exercitus auxilium conducitur, Carcino duce quodam. qui uir magni roboris ac bellicosus auxilium afferens, unã cum Lernino iunctis copijs suis in Herculem impetũ fecit. cui quidem Herculi lolaus Iphicli filius, atq; ipsius Herculis nepos, Thebanorum exercitum habens, auxilium quoq; tulit, sicq; cũ ad turrim Hydræ oppiduli impetu factio accessisset. incendio illam concremauit, taliq; robore militari eos Hercules expugnauit, & Hydram ipsam diruit, omnem unã exercitum perdens. Qua ex re gesta sermo talis ab ijs qui Hydram serpentem fuisse scribunt, & fabulam huiusmodi confingunt, formatus fuit.

## DE CERBERO.

**C**erberum canẽ fuisse tria capita habentem narrant. Manifestum tamen est, & et hic Cerberus, quemadmodum Geryones, a ciuitate Tricarinia, hoc est tricripite nũcupata, denominatus est. Dicebãt uero homines,

pulcher magnusq; canis ille est Tricarinius, hoc est, triceps Cerberus. De quo illud quoq; dicitur, quod Hercules olim ipsum ab inferis deduxit. Sed tale potius quiddam fuit. Geryoni cum bobus suis canes magni ac iuuenes simul erant, quorū uni Cerberus nomen erat, alteri uero Orus, hunc Orū nuncupatū Hercules in Tricarinia ciuitate, antequam boues ipsas abduceret, interemit. Cerberus uero solus boues sequebatur. Hūc cū Mycenæus uir quidam Molottus nomine percuperet, primū quidem ab Euristheo sibi illum dari petit. Eo uero nolente, pastores inducit, ut canē ipsum in Laconia iuxta Tænaron sub spelunca quadam retinere uelint. Quod cum fecissent, ex suis canes quasdam sceminas ad coitum cum illo mittit. Hoc eodem tempore Euristheus Herculem ad Cerberi canis inuestigationem misit. Qui cum uniuersum Peloponnesum circumlustrasset, tandem ad locum, ubi Cerberum canem esse sibi dictum fuerat, peruenit. ubi descendens, canem ex antro abduxit. Dicebant itaq; homines, quod Hercules per antrum quoddam ad inferos descendisset,

set, canemq; ab inferis ad auras traxisset.

## DE ALCESTE.

**T**Ragœdia dignus de Alceste sermo narratur: quod cum forte moriturus Admetus esset, mortem sibi pro illo Alcestes elegit: quodq; Hercules eam pietate motus, cū ab inferis reduxisset, Admeto restituit. Mibi uero neminem, mortuum quempiam ad uitam reuocare posse uidetur. Sed tale quiddam fuit. Posteaquam Peliam patrem filiae interemerunt, Acastus eiusdem Peliae filius, illas persequabatur, quas nullo tamen pacto comprehendere potuit. Alcestis etenim ad nepotē eius Admetū Pheras confugit, ad quē locum cū Acastus quoq; uenisset, qui eam persequabatur, et ab Admeto, qui tū forte ad ignem sedebat, eā dedititiam sibi dari petisset, minime tradere illi eam uoluit. Quamobrem indignatus Acastus, ualidissimum exercitum, quē in Admetū sisteret, comparat, atq; urbem eius oppugnat. Quod uidēs Admetus, multos secū ductores ac milites habens, extra ciuitatem, ut eis sese opponeret, egreditur. Sed accidit ut uiuus nocturno tempore ab Acasto comprehenderet,

tur, qui ei quoque captiuo mortem minabatur. Quam rem cum Alcestes intellexisset, quod Admeto propter eam mors immineret, egressa protinus sese ipsam Acasto ultro dedit. qua comprehensa, Admetum ille liberauit. Dicebant itaque homines, uirago Alcestis sponte quidem pro Admeto mortua est. Nihilque prorsus quod fabulose super hac re commentum sit, uerum habetur. Atque adeo cum per illud tempus Hercules forte Diomedis equas quodam ex loco duceret, per ea Thessaliae loca iter fecit, hospitioque ab Admeto susceptus est. a quo lugente cum Hercules Alcestis calamitatem intellexisset, miseratione eius motus, Acasto sese opposuit, eiusque exercitum omnem deleuit: et quaecumque illi spolia abstulit, inter suos ipsius exercitus milites diuisit. Alcestemque recuperatam Admeto restituit. Dicebant itaque homines, quod Hercules ultro a morte Alcestis liberauerat, et ex hoc facto fabula formata fuit.

## DE ZETHO.

**C**um plerique alij, tum maxime Hesiodus tradit, quod Thebana mœnia Zethus et Amphion citharæ sono struxerunt. Exsili-

mant

māt uero quidam, illis ipsis cithariçantibus lapides sponte sua mœnia inscendere solitos fuisse. Reuera tamē de hoc ita res habet. Citharædi Zethus et Amphion perfecti erant, artemque suam mercede inuitati ostendebant. argentum autem illius temporis homines cum minime haberēt, iubebāt Amphion et Zethus, quod si quis eos cithariçantes audire uellet, pro premio ad murum construendum accedēs, in eo sese exerceret: neque enim lapides ibi citharæ sonum audituri stabant. nec sine ratione aliqua homines etiam dicere consueuerant, lyræ beneficio Thebanum murum constructum fuisse.

## DE IO.

**E**X muliere Io bouē factam esse, æstroque agitatā ex Argo in Aegyptiū mare peruenisse dicunt. Verū autē hoc habet. Io Argiuo regis filia erat, huic ciues honorē hūc dederāt, quod Argiæ Iunonis sacerdotē fecerāt. Verū cum prægnās facta esset, patrē et ciues uerita, è ciuitate protinus aufugit. Argiui uero ad eā inquirendā urbē exeūtes, et ubi eā inueniunt, comprehendentes in uinculis habebāt.

Dice-

Dicebant autem id uidentes, quod Io tanquam bos furens in Aegyptum aufugit. ubi cum peruenisset, peperit, indeq; fabula conficta est.

## DE MEDEA.

**M**edea, ut dicitur, seniores homines coquens, iuuenes eos faciebat. Fuit uero simile quid. Medea talis naturæ florem quandam prima inuenit, qui capillos albos nigros uel facienda potestatem habebat. Quibuscūq; igitur hominibus, qui ex canicie exire delectarentur, nigros capillos apparere faciebat. Prima quoq; hæc experimentum calidi lauacri cuiusdam uim medicam habentis inuenit, quo uolentibus omnibus medebatur: atq; hæc non in publico, sed clam quidem agebat, ne quis medicorum talia addiscere posset. Huic uero compositioni qua utebatur, nomen erat Parespesis, hoc est decoctio. Quicumque igitur homines hac decoctione utebantur, agiliores prorsus, magisq; sani fiebāt. Ex hoc, Medæ præparationem hanc quicumq; uidebant, lebetes scilicet, ligna, & ignē, quod homines Medea elixādo coqueret, existimabāt.

Pelias

Pelias uero, homo senex et imbecillus, hac decoctione cum usus fuisset, quod eam sustinere præ senectutis debilitate non potuit, consumptus est.

## DE OMPHALE.

**Q**uod Omphale mulieri Hercules seruiuit, dicitur: qui quidem sermo stultus est, cum & ipsi Omphalæ & cæteris super illam existentibus maioris conditionis hominibus Hercules imperare potuerit. Tale quidpiam igitur factū fuit. Omphale Iordanis Lydiæ regis filia erat, quæ cum Herculis robur maximum audiuisset, ad eum amandum inducta est, ad quam cum appropinquasset Hercules, pari quoque modo formæ illius amore captus est, mixtiq; simul sunt, atq; ex illius complexu Laomedōtem filium Omphale genuit. Letatus uero Hercules, et ex illa uoluptatem capiens, eā loco sui imperare sinebat. Quod stulti uidentes, Herculem Omphale seruire crediderunt.

## DE CORNU AMALTHEÆ.

**C**ornu Amaltheæ secum Herculem ubiq; portare solitum fuisse aiunt, cuius beneficio

beneficio quaecunq; uolebat, sibi fiebant. Veritas autem sic. Hercules cum ad Iolaum nepotem suum per Bœotiam iret, in Theſſijs moratus est quodam in hospitio, ubi mulier formosa & honesta nomine Amalthea erat. Cuius forma delectatus cum Hercules esset, per aliquod ibi tēpus hospitatus est. Quod cū Iolaus grauiter ferret, pecunias quasdam, quas ex lucro Amalthea faciebat, in cornu quodā accumulatas ei auferre excogitat. Iis etenim pecunijs quaecunq; Hercules uolebat ei Amalthea emebat. Peregrini itaq; illuc simul diuertentes, Hercule cornu Amaltheae habuisse dicebant, ex quo quaecunq; uoluisset sibi ipsi emebat. atq; inde fabula conficta est.

## DE HYACINTHO NARRATIO.

**H**Yacinthus adolescens Amiclaeus erat, pulcher & honestus satis. Hunc Apollo quidem uidit, uidit & hunc Zephyrus, amboq; illius formæ amore capti sunt, in eiusq; gratiam & honorem certatim artes uterque suas illi exhibebat. Sagittabat namq; Apollo, Zephyrus uero spirabat: sed ab illo cantus & uoluptas ueniebat, ab hoc uero timor non nisi

nisi ac perturbatio sibi erat. Itaq; in Phœbi amore sese inuenis inclinatus, ob idq; Zephyrum præ Zelotypia ad bellum armare fecit. Post hæc quædam Hyacintho exercitamenta cum Apolline erant, in quibus cum sese exercebat, à Zephyro sibi maxime timendum erat: discoq; præsertim. quem cum adolescentis lusu deus præparasset, & ab illo iam descēdisset, à pueroq; mox leuaretur, Zephyri fraude in eum ipsum decidit, qui ita mortuus est. Terra uero tantæ calamitatis memoriam ullo modo desertam omittere nõ debuit, quin pro adolescentulo, quod fecit, florem Hyacinthi nominis emitteret, in cuius quidem folijs eius ipsius Hyacinthi nominis principium inscriptum fuisse memorant.

## DE MARSYA NARRATIO.

**M**Arsya uir agrestis erat, qui Musicus tamen factus est. Nam cum Minerua rybias odio haberet, quod de pulchritudine nõ nihil, cū eas inflabat, sibi auferrent, ut ex fonte q̄ imaginē ei suā reddebat agnouit, illas abiecit. quas cū Marsya pastor accepisset, labris suis admouit. Illæ uero diuinū quendam sonum

sonum, etiam inuito illo qui eas inflabat, per se emittebant. Existimabat uero Marsyas ex arte potius sua sonum illum fieri, quam quod diuina illis uis quaedam inesset. Quare hac per suasionem imbutus, Musas iam quoque ipsas, atque adeo etiam Apollinem ad certamen inuitabat: quos nisi sono tiliarum superasset, uiuere se neuitquam uelle amplius dicebat. Quare cum in certamen deus Apollo descendisset, Marsyas uincitur, simulque cum uictoria pellem ex coriatus deposuit. Vidiq; ego in Phrygia fluum ipsum Marsyam, ab eius ipsius nomine dictum, cuius cursum ex Marsyæ sanguine fieri Phryges dicebant.

## DE PHAONE.

**P**haonis uita omnis circa nauigia, inque re maritima erat. portitor namque in mari fuit, quo in officio nullum unquam delictum in quempiam perpetravit. Modestusque adeo erat, ut a nemine portorium reciperet, qui soluendo non esset. Morum autem istius admiratio quaedam apud Lesbios erat, simulque hunc deus laudauit. Deum autem Venerem uocant. quæ cum senescens hominis, hoc est mulieris

ris formam atque habitum induisset, ad Phaonem accessit, deque nauigatione uerba cum ipso facit, ac ut eam nauis sua traiciat, petit. ille uero, in deseruendo ei, celeritate usus, quamprimum illam traicit, præmiumque nullum ab ea petit. Quid igitur post hæc tali promunere egit Venus? Phaonem certe ex sene formosum iuuenem illam fecisse dicunt. Atque hic quidem Phaon ille est, cuius amore cum capta Sappho esset, sese interimens, amorem illum in sanguinem mceroremque conuertit.

## DE LADONE NARRATIO.

**T**erræ uisum fuit cum Ladone fluuio adcoitum descendere: et posteaquam cum eo se miscuit, ex eius compressu concipiens, Daphnem gignit. Hanc Apollo Pythius amauit, uerbaque amatoria ad illam faciebat. Sed cum ipsa castitatem seruare uellet, illum minime audire uolebat: necesseque ei ob id erat puellam auersantem insequi, ueluti sic illam denique persequebatur. quæ cum fugeret, denegare ei quicquam non prius ausa est, quam Terram matrem suam in auxilium aduocaret, à qua precibus petebat, ut sese iterum intra se admitteret,

L ac in

ac in eadem uirginitate talem, qualis nata erat, custodiret: quod & mater fecit. Daphnē namq; intra se occultauit. Post uero tempus illud ē terra egressa Daphne, arborq; facta, eodem in loco pullulabat. cuius ramis, cum propter amoris impatientiam deus inhaereret, illi quo minus in laurum commutaretur, resistere nullo modo potuit. Nam manus illius iam intra arboris truncū comprehendi, caputq; & reliqua corporis frondibus ornari cœpere: sine quibus lauri folijs, ut dicitur, tripos in Bœotia, ubi antrum erat, nullo modo erigi poterat.

## DE IUNONE.

Iunonem deam eorum habere patrociniū, ac ciuitatis custodiam Argiui existimant, propter quod publicū festū in eius honorem ritu atq; ordine solenni concelebrant. Huius autem pompæ ordo erat, ut currum Iunonis colore albicantes boues ad templum traherent, in quo curru sacerdotem quoq; esse oportebat. Templumq; ipsum ubi ei sacrificium fiebat, extra urbem erat. Quodam uero tempore cum forte ad hæc solennia sacra Iuno ferri debe-

ri deberet, ac propter albicantium bouum penuriam, ritus atq; ordo ille solennis claudicans, obseruari non posset, sacerdos illorum defectum ita emendauit. Nam cum filios quosdam adolescentes haberet, ad instar bouum, lunonis plaustrum eos subire fecit. Posteaquam igitur quæ à bobus fieri debebant, à filijs facta sunt, illorum mater, sacerdos ante Iunonis deæ simulacrum supplex stās, laboris mercedem liberis suis à dea dari petijt: ueluti data illis à Iunone condigna merces fuit. Somnus namq; ut fertur, pro præmio illis datus est, qui uitæ quoq; illorum finis exiit.

PINIS UTILIS COMPOSITIO-  
nis Palaephati, de non credendis falsis narra-  
tionibus, Philippo Phasianino  
interprete.

L 2 Nobiliff.

NOBILISSIMO ET ERVDI-  
tissimo uiro Francisco à Burgundia Iulianus  
Aurelius Lesigniensis S. P. D.



**M** tandem aliquando, quos  
de Cognominibus deorū gē-  
tilium libros scripseram, ma-  
gna cū difficultate absoluisse,  
Franciscē generosiss. simul ac  
doctissime, eosq; typogra-  
phis excudendos iam tradidissem: neq; suspi-  
carer futurum unquam aliquem tam impu-  
denter improbum, qui in eis aliquid calum-  
niari auderet: ecce quorundam sermonibus  
repente mihi nunciatum est, extitisse morosu-  
los aliquos ac superstitiosulos senes, qui in-  
specto tantum operis titulo uociferati essent,  
indignam me rem fecisse, qui gentilium nuga-  
menta Christianis hominibus legenda pro-  
posuissem. Quod cum præter spem mihi rela-  
tum fuisset, sanè dubitavi statim mecum ali-  
quandiu, utrum ne labores meos in lucē pro-  
ferre, an potius eos cū tineis & blattis perpe-  
tuò rixari permitterem. Verùm cum rem to-  
tam paulò altius mecum reputassem, atque ex  
Platonis sententia nos non nobis, sed pa-  
triæ & amicis natos esse frequenter audissem:  
non existimaui facturum me honestè, si pro-  
pter unius atq; alterius indocti calumniato-  
ris

ris præposterum iudicium, publicam utilita-  
tem quantum in me esset non adiuuarè, præ-  
sertim cum nemo unquam fuerit tam insigni-  
ter eruditus, in quo non aliquid à Momis istis  
desideratum sit. ut non admodum ægrè ferre  
debeam, si mihi idem quoq; usu uenerit. Cæ-  
terum ut seniculis illis, & omnibus qui opus  
hoc propter explicatas in eo ueterum antiqui-  
tates damnaturi sunt, in ipso statim operis li-  
mine satisfaciam, atq; etiã si fieri potest os ob-  
turem: proferam in medium ueteres aliquos  
theologos, qui in argumento ferè simili uersa-  
ti sunt, & propter huiusmodi scripta non mo-  
do non à quoquam reprehensū sunt, uerū e-  
tiam immortalem gloriam sibi quæsiuerunt.  
Apud quem enim non est sacrosancta Tertul-  
liani & Lactantij, uetustissimorū theologorū  
auctoritas? apud quem non est nomen eorū  
clarum & plausibile? Et tamen gentilium su-  
perstitionis plena sunt apud eos omnia. Di-  
uo Augustino parem theologū nescio an ulla  
unquam secula protulerint: & tamen tantus  
uir, tam sanctus, tam Christianus, tantum ab-  
est ut impium esse existimauerit de Ioue atq;  
alijs gentilium numinibus commentarios te-  
xere: ut etiã opus illud in quo talia scribit, Ci-  
uitatem Dei uocare nō erubuerit. Laudatus  
fuit olim, atq; etiã laudatur hodie, Fulgen-  
tius uir pius & doctus: & tamen non putauit

L 3 alie;

alienū esse à Christiani hominis studio, gentiliū fabularum rationes explicare, licet esset iam senex & episcopus. Boccatium quoque pro emissa superiorib. annis deorum genealogia non modo non culpauit aliquis, sed etiam literati omnes laudibus ad cælum tantū non extulerunt. Quod si piaculum est huiusmodi res tractare, quare non istorum omnium opera dudum explosa sunt? aut si periculum aliquod ex gentilitatis declaratione Christianismo imminēbar, quare ad Ciuitatem Dei quā nō ita multi propter antiquitatis ignoratiōē intelligebant, nostra ætate Ludouicus Viues, uir nō minus pius quā eruditus, Cōmētarios at texiuit? aut quare ad hoc faciendū, Erasimus eū incitauit? Quod si obijciat aliquis, ueteres ethnicorū de dijs ludibria idcirco tractasse, ut eorū siue dementiā siue impietate retunderēt: uicissim & ego respōdebo, ideo me uarias istas deorū nomenclaturas in unū opus redegissem, ut dum Christianus lector tantam nominū diuersitatem offendet, deplorata gentiliū infelicitate nostram agnoscat felicitatē, gratiasque Deo optimo maximo mecum agat immortales, qui nostri tandem misertus, nos per filium suum Iesum Christum à tam densa errorum caligine liberarit. quod propositum meū cum ab initio tale fuerit, an erit aliquis qui illud sugillare audebit? Quæso quæ nam esset in-

set inuidia, quod in alijs laudatum fuit, in me solo damnare? Nemo Augustinum, nemo Fulgentium, cum tamen & senes & episcopi scripserint, unquam reprehendere sustinuit: et mihi uix dū iuueniles annos ingresso, fraudi erit, quæ ex ueterum scriptis magna quondam diligentia annotaui, in medium proferre, nostrisque hominibus legenda propinare? Cur statuatur in me lex tam iniqua? An ideo uocabitur in discrimen nostra persuasio, si puer intelligat quare Iupiter Romanis Statōr appelletur, aut unde Pistoris cognomen sortitus sit? Nonne grande crimen est, chartis mandare, quare Iunonem Romani Monetā uocarint, & unde Veneri cognomen Caluæ impositum sit? O secula, o mores. Vbi est iudicium tuum, o Mome? si nephas est, ista declarare, quare talia ex omnibus libris, tantquam noxia, non raduntur? Nam ueterum recentium auctorum scripta, similium rerum plena sunt. Sin probantur in aliorum libris, cur in meis reprehendantur? in quibus tantum congesta sunt, & bona fide posita? An non autem intelligis, ista cum damnas, damnare te quoque non potest modo, sed etiam historiam, & omnes bonas literas? Sed ubi nam quæso legisti, gentiliū librorum lectione Christianis interdictum esse? An non Diuus Basilius Magnus, maximū

L 4 inter

inter ueteres theologos nominis, apertè scribit, adolescentes non modo non arcendos à legendis ethnicorum libris, sed etiam eorum cognitione instructos ad discendas sacras literas uenire paratiores? Vtrius iudicium præponderaturum putas? tuum ne, qui cælum terræ misces, si quid audis ex prophanis autoribus in medium adduci: an optimi & doctissimi theologi, qui etiam maximam utilitatē ex eis percipi posse contendit? Pulchrum profectò, pulchrum semper fuit, antiquitatem nouisse, & quæ à ueteribus scripta sunt, nō ignorare. Cum igitur inter antiquitates, ista cognomina iure haberi possint uel præcipua, & eorum referta sint omnia ueterū monumenta, nemoq; ex Latinis authoribus adhuc ea in uolumen aliquod seorsum redegerit: nonne magnum admisi piaculum, qui primus id tentauerim, uiamq; ad intelligendos poëtas, oratores, & historiographos muniuerim, & lectorem congestis in unū uolumen quæ sparsim apud uarios legebantur, longo quærendi labore leuauerim? Certe non putauerim. Immo uerò credam, candidissimos & eruditissimos quosq; studium hoc meum uehementer laudaturos, mihiq; utroq; pollice, quod dicitur, pro coaceruationis labore fautores. Vt cunque autem casura sint hominum de me iudicia, placuit contemptis Momorum calumnijs

nijs aleam iacere, exemploq; ueterum theologorum quæ collegeram typographis committere, ac tibi uir amplissime dedicare. Cui enim potius primos iuuentutis meæ lusus cōsecrarem, quam ei qui morum probitate, & omnium maximarum artū cognitione nulli nostratium secundus est: quiq; me contra uilitigatorum calumnias, & uult & potest illum seruare? Vulgatum quidem est multorū literis, Artaxerxem Persarum regem, oblatā ab anicula quadam utraq; manu aquam pari alacritatē accepisse, qua munera à potentissimis monarchis missa accipere solebat. Videlicet non donum, sed donantis animū princeps humanissimus intuebatur. Sim ego sanè anicula illa, quæ aquam tibi obtulerit: & tu sis, si placet, Artaxerxes: ut quemadmodū ille uetula munusculū non auersatus est, ita tu quoque opusculum hoc, quamuis te indignū, nō asperneris. Magnum quidem est ac laudabile longa stemmata numerare, & apud diuum Carolum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, tot gentium dominum, eiusq; germanam sororem Hungariæ reginam magna pollere autoritate. Sed patere ad reliquas laudes tuas etiam hanc accedere, ut quemadmodum multis naturæ dotibus inter ceteros facile principem locum obtines, ita humanitatis quoq; gloria omnibus alijs annijs

teponaris. Certè si librum hunc, si non alia  
re, argumenti saltem nouitate commendabi-  
lem, gratanti animo acceperis, præterquam  
quod largitus fueris, quod uolebam, etiã hoc  
beneficio me tibi perpetuò deuinxeris. Desi-  
derabis forsan in eo uenustam magis oratio-  
nem. Sed aliquid condonare te oportet iuris  
studio, quod aliquot iã annos sic me detinet  
occupatum, ut phalerata illa & picturata uer-  
ba nõ magnopere adfectem, nec in ijs studio-  
sius conquirendis immorari libeat. Nã quod  
succinctius omnia tractauerim, cum possem  
copiosius, ideo factum est, uel quòd natura i-  
psa Laconismi amãtior sim, uel quod hoc gu-  
stu præbito lectorem ad singula fufius perfe-  
quenda inuitare uoluerim. Bene

uale. Mechliniæ, octauo Cal.

Decembris.

Anno 1541.

Iuliani

IULIANI AV-  
RELII LESSIGNIENS.  
De Cognominibus Deorum  
Gentilium,

LIBER PRIMVS.

Veterum de Deo opiniones, & unde homi-  
nes pro dijs coli, simulachristq; effin-  
gi ceperint.

CAPVT PRIMVM.



NON abs re facturus mi-  
hi uideor, si de uarijs  
deorum gentilium cog-  
nominibus scripturus,  
ante omnia recensuero,  
quid de Deo ueteres sen-  
serint. Nam ea in re tot fuisse propemodum ui-  
deo sententijs, quot homines fuerunt, alijs post  
alios nouas quotidie opiniones comminiscen-  
tibus. Thales igitur Milesius deũ esse dixit,  
mentem cunctarũ rerum ex aqua procreatri-  
cẽ. aquã enim putauit, initium esse rerum om-  
niũ. Et Pythagoras nihil aliud Deũ esse credi-  
dit, quã animum per uniuersas mudi partes  
diffusum.

diffusum. Cleãthes aut̄ et Anaximenes Deũ  
 statuerũt aerẽ, eũq; gigni, esseq; immẽsum, &  
 infinitũ, et semper in motu. Sed Anaxagoras  
 ante eos mentem infinitam, & Xenophanes  
 mente adiuncta omne præterea quod esset in  
 finitum, Deũ esse putauerũt. Plato uero cen-  
 suit mundum ipsum, & cœlum, & astra, &  
 terram, & animos Deum esse. & Aristoteles  
 modo menti, modo ipsi mundo, modo cœli ar-  
 dori omnem tribuit diuinitatem, quem sequu-  
 tus est & discipulus eius Theophrastus. Sũt  
 qui naturalem uim diuina ratione præditam,  
 et naturalem legem Deum fecerint, ut Chry-  
 sippus & Zeno. Sunt qui naturam ipsam deũ  
 statuerint, ut Straton Theophrasti auditor.  
 Quin & fuerunt, qui, sint ne dij, dubitau-  
 erunt, & qui etiam esse omnino negauerũt, ut  
 Protagoras, Diagoras, et Theodorus. De qui-  
 bus omnib. nihil aliud habeo dicere, nisi quod  
 licet summo excellentiq; ingenio fuerint, in  
 hac tamen re grauissimẽ hallucinati sint. Sed  
 erit fortassis toleranda eorum ignorantia, ut  
 quibus præluccret tantum naturæ quædã bo-  
 nitas, nõ autem Christiana ueritas patefacta  
 esset.

esset. Lactantius tamen ad confundendã gen-  
 tilium idololatriam ex opinione tum poetarũ,  
 tum philosophorum, tum oraculorum, tum  
 Sybillarum euincere conatur, etiam antiquis-  
 simis temporibus nunquam dubitatum fuisse,  
 nisi à male feriatis quibusdam, unũ esse Deũ,  
 licet non intelligerent quis nam ille esset: i-  
 deoq; eos excusari non posse, qui homines, et  
 eos sceleratissimos, in deorum numerum re-  
 posuerint. Et quando in istas hominum apo-  
 theoses incidi, non omnino uideor mihi ope-  
 ram lusurus, si cum bona pars gentilium Deũ  
 spiritum ac mentem uocauerint, eumq; animo  
 colendum esse etiam libris editis testati sint:  
 breuiter ostendero, unde tanta deorum multi-  
 tudo inuecta sit, hominesq; iam morte delati  
 diuinis honoribus affecti sint. Equidem ut rẽ  
 in pauca conferam, existimauerim errorem il-  
 lum ab impostore cacodæmone inductũ fuis-  
 se. Nam cum ille malorum omnium autor sit,  
 & parens, proculdubio & in hanc uel mul-  
 to profundissimam erroris caliginem misero-  
 rum mortalium corda demersit. Referunt ta-  
 men ethnici scriptores, istas hominum deifi-  
 cationes

cationes consecrationesq; propter merita uel uirtutum, uel munerum, uel artium repertarū à ueteribus in memoriam inuentas. Sic enim ait Cicero in libris de Natura deorum: susce- pit uita hominum consuetudoq; communis, ut beneficijs excellentes uiros in caelum tolle- ret. et in libris de Legibus: Diuos, & eos qui coelestes semper habiti sunt, colunt: & illos quos in caelo merita locauerunt, Hercu- lem, Liberum, Aesculapium, Pollucem, Ca- storem, Quirinum. Et Horatius, in his ad Augustum uersibus,  
Romulus et Liber pater et cū Castore Pollux  
Post ingentia facta, Deorum in templa re-  
cepti.

Hinc uolunt Cererem, quia prima fruges in- uenit: hinc Bacchū, quia primus uites planta- re docuit, in deorum cœtu locatos. Lactantius quodā loco scribit, ritū colendorū deorū à Io- uis immodica superbia fluxisse. ipsum enim ad tantam prouectum esse arrogantiam, ut sibi tan- dem ausus fuerit diuinitatem impudenter uen- dicare. Nam cum terras circuiret, morē hūc habuisse, ut curaret sibi tēp. a de hospitū suo-  
rum

rum nomine constitui. Sic erecta esse delubra Ioui Atabyrio, Ioui Lapriando (ita enim legit Viues, cū uulgò Labradæo legatur) Ioui Mo- lioni, Ioui Cassio, qui omnes Iouis hospites, at- que eius in bellis adiutores fuerunt. hocq; mo- do astutum hominem paulatim religionē cul- tus sui propagasse, ceterisq; exemplum ad imi- tandum præbuisse. Vide uerò quemadmodum pedetentim cacodæmon superstitosam anti- quitatem magis atq; magis ludificatus sit: cui non satis fuerat persuasisse, ut hominibus diu- nitas tribueretur, nisi etiam credulos huc im- pelleret, ut consecratis iam templa dicaren- tur, simulachraq; & imagines statuerentur, hoc est, nisi nouum crimen nouo crimine cu- mularet. Certè Persæ aliæq; multæ gentes, li- cet patrio ritu deos quidem colerent, eis ta- men neq; tēpla ædificabant, neq; simulachra ponebāt. Persuaserant enim sibi, Deum ubiq; præsentem esse,  
—atq; ire per omnes

Terrasq; tractusq; maris, cœlūq; profundū. ideoq; stultiss. esse, uelle eū certo aliquo loco cōcludere: et qā Deū nemo uidit unq; ridicu-  
lus

lum similiter credebant, eū specie figurāq; hu-  
mana repræsentare. Romani quoque annis  
plus quā centum & septuaginta deos sine  
simulachris coluerunt, idq; ex instituto Nu-  
mæ: qui licet tēpla dijs erexerit, nullum tamē  
unquam simulachrum uel fictum uel pictum  
admisit, nephas esse iudicans deterioribus me-  
liora aſimulare. Primus autē Tarquinius Pri-  
ſcus uanitate & curiositate Græcarū super-  
ſtitionum, Ethruſcarumq; domi imbutus, dijs  
simulachra Romæ poſuit. quod Varro proba-  
re non potuit, dum aperte ſcribit futurum, ut  
ſi abſq; simulachris religio manſiſſet, caſtius  
dijs obſeruati fuiſſent. et uerum dixiſſe Varro-  
nem, autor eſt diuus Auguſtinus. Nam dum  
unus quiſq; ad cæcas ſtatuas mutasq; imagines  
ſolum attēdit, ſit, ut corruptibile ſimulachrū  
pro deo incorruptibili adoret, rebusq; exter-  
nis contētus, cum cœlum intueri deberet, ad  
inſenſibilia et terrena tantum feratur. Et hoc  
eſt quod dolebat Sedulio poetæ Chriſtiano,  
qui gentilium & præcipuè Aegyptiorum i-  
dololatriam irridens ita ſcribit,  
Heu miſeri qui uana colūt, qui corde ſiniſtro  
Religio-

Religioſa ſibi ſculpunt ſimulachra, ſuumq;  
Factorem fugiunt, & quæ fecere uerentur.  
Quis furor eſt, quæ tanta animos dementia  
ludit,

Vt uolucrē, turpēq; bouem, toruūq; draconē,  
Semihominemq; canē ſupplex homo pronus  
adoret?

Sed & Seneca inter ethnicos ſanctiſſimus,  
de ſimulachris ita loquitur: Simulachra deo-  
rum uenerantur, illis ſupplicant genu poſito,  
illa adorant, illis per totum aſident diem, illis  
ſtipem iaciunt, uictimas cedunt: & cum hæc  
tantopere ſuſpiciant, fabros qui illa fecēre,  
contemnunt. Nolim autem hæc de diuorū no-  
ſtrorū imaginibus intelligas, quas damnare,  
cum ab uniuerſali Eccleſia dudum in conci-  
lijs approbatæ ſint, hominis hæretici ſit, &  
de fide perperam ſentientis. Nam ut eas uene-  
remur, maior in nobis, quā in illis, eſt ratio.  
Illi enim dæmones, atq; etiā bruta animalia in  
ſuis ſimulachris colebant: nos autē optimos  
& ſanctiſſimos uiros (qui dum uixerunt, mi-  
raculis claruerunt) imaginibus repræſenta-  
tos, ut apud Seruatorem noſtrū nobis patro-  
ni eſſe

ni esse uelint, tantum inuocamus. In qua re quid quaeso est impietatis? Sed haec haecenus. nã ea altius perscrutari alterius est instituti, et ad operis destinati argumentum propius uenire animus mihi iam dudum ardet.

Quae sint deorum inter se differentiae, & quod dijs uterq; sexus olim tributus sit.

## CAPVT II.

**P**ost explicatas ueterum de deo opiniones, declarataq; eorũ in effingendis mortuorum simulachris idololatriam, postulat ordo ipse rerum dicendarum, ut, quoniam gentiles, non omnes deos unius faciebant potestatis (quibusdam enim ex eis summã & præcipuam tribuebant auctoritatem, & quosdam constituiebant illorum maiorum uelut administratos) hoc loco deorum diuisionem pauca attingamus. Diuus Augustinus in præclaro illo opere, cui titulum fecit de Ciuitate Dei, quosdam dicit appellatos fuisse Consentes, quosdam Selectos. cuius haec sunt uerba: Quis enim ferat, quod neq; inter Consentes deos, quos dicunt in consiliis  
Iouis

Iouis adhiberi, neque inter deos quos Selectos uocant, felicitas constituta est? Ecce discrimen apertum inter deos Consentes & Selectos. Consentes autem dicti sunt, quasi in eo quod gerendum est, consentientes. Appellantur à Cicerone alio nomine dij maiorum gentium, quasi inter omnes alios principatum obtinentes, ad differentiam illorum qui minorum gentium dicuntur. Erant autem dij Consentes, seu maiorum gentium, numero duodecim: mares sex, & totidem feminae. quos Ennius hoc disticho completus est:

Iuno, Vesta, Minerua, Ceresq; Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Pöponius Lætus diligentissimus ex neotericis antiquitatis indagator, scribit horum singulis suum mensem olim sacrum fuisse: nempe Ianuarium Iunoni, Februariũ Neptuno, Martium Mineruæ, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iunium Mercurio, Quintilẽ Ioui, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcano, Octo-

brem Marti, Nouembrem Dianæ, Decembrem Vestæ. idq; ad exemplum Chaldæorū, & Aegyptiorum, apud quos singulis dijs (colebant enim & ipsi duodecim præcipuos) singuli menses erant attributi. His autem duodecim dijs Consentibus, seu maiorum gentium, quemadmodum Cicero & Lactantius eos appellare maluerunt, additi erant octo patricij, qui & ipsi magnos in mundi administratione gerere putabantur magistratus: Ianus, Saturnus, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, Luna, Tellus: uocabanturq; isti dij Selecti, quanquam omnes simul coniuncti interdum, Selecti dicebantur. Erant ergo dij insigniores numero uiginti: duodecim mares, & octo feminae: et inter eos, duodecim ueluti principes. Coniungebant autem omnes illos uiginti hoc modo: Iouem & Iunonem, Apollinem & Dianam, Mercurium & Mineruam, Liberum & Cererem, Saturnum & Tellurem. omnes istos propter officiorum communionem. Tum Martem & Venerem, amasios: deinde duos ignes, Vulcanum & Vestam: & duo mundi lumina, Solem & Lunam. Ianum uero, Neptu

num, Genium, & Plutonem, sine fœminis relinquebant. Et hæc quidem de dijs Consentibus, seu Selectis. Erant præterea dij quidam Incerti, quidam Ignoti. Incerti dicebantur, de quorū diuinitate adhuc ambigebatur, quales sunt Panes, Syluani, & Nymphæ. de quibus Ouidius in principio Metamorphoseon, sub uerbis Iouis.

Sūt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni,  
Et Nymphæ, Satyriq;, & mōticolæ Syluani.  
Quos quoniã cœli nondū dignamur honore,  
Quas dedimus certè terras habitare sinamus.

Ignoti autem non erant ijdem cum Incertis. Nam de Incertorū diuinitate dubitabatur quidem, sed tamen eorum nomina nō ignorabantur, sicut Ignotorū. Referūt Epimenidē Crentensem dijs Ignotis sacras aras in agro Atheniensi primum erexisse. Cum enim regio illa peste laboraret, consultusq; Apollo respondisset, agros expiari debere, nec cui deo sacra facere oporteret, aperuisset: consuluisse Epimenidem, per agros dimittendas hostias, & in quo loco quæq; constitisset, ibi eam sacrifican

dam esse deo ignoto propitio, itaq; usq; ad tempora Diui Pauli frequentes in terra Attica extitisse sacras aras sine nomine, quod etiam ex Actis Apost. probari potest, in quibus scribitur Diuum Paulum quis nam esset Deus ille ignotus explicasse. Erant & quidam dij Medij, quos Medioxumos Romani uocabant: quidam infini & quasi terrestres, quos dicebant Heroes: quidam Semones, qui propter meritum exiguitatem non omnino censerentur caelo digni, cuiusmodi sunt Priapus & Vertumnus. Quidam Semones dici putant eos, qui quicquid ab aere usq; ad terram interualli est incolebant, quiq; uota mortalium ad superos deferebant, ut scilicet iidem essent cum Medioxumis. Diuus Augustinus, Ianum uocari credit Semonem, quod seminio praesit dum concipitur infans. Erant & dij Patellarij, ita dicti, quod patellis, quae uasa erant in sacrificijs usurpari consueta, placarentur. Plautus, Dij me omnes magni, minuti, & patellarij. Et Ouid. Fert missos Vestae pura patella cibos. Item quidam marini, quidam fontani, quidam fluuiales, de quibus extant aliquot Luciani dialogi.

dialogi. quidam etiam ab ijs officijs quae sortierant, nomen conueniens nacti, ut dea Cuiuba, dea Potina, deus Vitumnus, deus Vagitanus, alijq; eius farinae innumeri. quos omnes ni fallor, uel minorum gentium deos, uel plebeios minutosq; cum Plauto recte uocabimus. In hoc autem opere eum sequemur ordinem, ut primum de dijs maiorum gentium tanquam praecipuis dicamus: deinde de octo alijs, quos ante diximus Selectos appellari. De plebeis autem nullum sermonem habebimus, quod ipsi nullis aut paucis admodum cognominibus insigniti sint. Et quonia inter Consentes, seu maiorum gentium deos, Ioui principem locum ueteres tribuebant, ab eo auspiciabimur. Verum ante admonendus est mihi lector, consueuisse aliquando ueteres dijs utrumque sexum tribuere, quemadmodum Valerius Soranus hoc disticho testatur:

Iuppiter omnipotens, regum, rerumque,  
deumq;  
Progenitor, genitrixq; deum, deus unus,  
& omnis.

& Vergilius, ita legente Macrobio:

Discedo, ac ducēte deo flammam inter & hostes

Expeditior. — Ut sit deo, pro dea Venere, et Caluus antiquus poeta, Pollentemq; deum Venerem. & Leuinus, Venerē igitur almū adorans. Quod sumptum uidetur ex Stoicorum dogmate, qui numina dicebant utriusque esse sexus: hoc est, in agendo mares, in patiendo fœminas. Illud notissimum est, eosdem Stoicos unum tantum esse deum credidisse, nomināq; eius uariari pro actibus & officijs. Hinc sacrificaturam inferis Didonem, Iouem Stygium pro Plutone nominare:

Sacra Ioui Stygio, quæ ritē incepta, parauit  
& apud eundem poetam, Lunonem infernam dici pro Proserpina,

Iunoni infernæ dictus sacer.

Liberum pro Sole, Cererē pro Luna, in principio Georgicorum,

Liber et alma Ceres, uestro si munere tellus.

Vnde hæc esse Iouis ad deos cœlestes uerba apud eundem:

Cœlicolæ mea membra dei, quos nostra pote

Officijs diuisa facit, &c.

(Stas  
De

## De Iouis cognominibus.

## CAPVT III.

Quoniam autem multos Ioues faciunt, multos Apollines, multos Mercurios, multas Veneres, & multas Mineruas, operæ precium mihi facturū uideor, si lectorē duobus uerbis admoneam, omnia me Iouis, Apollinis, & cæterorum cognomenta sub unius tantum persona toto hoc opere relaturum. Nam præterquam quod hoc ad docendū longè accommodatius est, etiam supra cuiusquam ingenium esse existimo, ut quæ cui Ioui, Apollini, Mercurio, Veneri & Mineruæ attributa sint cognomina, distinguere ualeat. Sed & quia expectare posset aliquis istorum cognominum morales aliquas rationes: præfandum quoq; mihi est, non fuisse mihi propositum, ut in his libris ullum deorum cognomen cum rerum naturalium ratione coniungerem. non sanè quod laborem subterfugerem, sed quod hoc præstare prorsus à diuina & putarē. Nā ut fortasse facile sit nonnulla ad physicen referre, ita eorum quæ à locis tributa sunt, naturalem aliquam rationem exquirere, non pe-

M 5 rinde

rinde certè fuerit factu facile. Itaque nu-  
da uocabulorum explicatione contentus, ad  
rem ipsam nunc accingor. Dicitus est lati-  
ne Iupiter, à iuuando, quasi iuuans pater:  
Et græcè Ζεύς, quòd, ut omnes interpretan-  
tur, uitæ dator sit: uel quod animantibus  
uita inspiret. Verum Lactantius hanc ety-  
mologiam irridet, magisq; ei placet, ut Ζεύς  
dictus sit, quòd primus ex liberis Saturni  
maribus furum à matre subtractus uiixerit.  
Quo modo enim, inquit, uitæ dator sit, aut  
animas inspiret, qui uitam aliunde accepit?  
Appellatus etiam est à latinis Optimus Maxi-  
mus, ut testis est Cicero in 2. de Nat. deorum,  
Et in 3. de Finibus. Et à Lacedæmonijs ἑπι-  
σκότις, autore Hesichio, quòd mortalibus  
omnia bona dare putaretur. Erat Et Iupiter  
perfector, lunoq; perfectrix (sic enim eos uo-  
cat Diodori interpres. nam Græcum codi-  
cè nondum mihi uidere licuit) ita dicti, quòd  
hi primi duces perfectoresq; rerum omnium  
fuisse crederentur. Et ξενικός, id est hospita-  
lis, de quo Vergilius,  
Iuppiter, hospitibus nã te dare iura loquũtur.

Es

Et ἑταίριος, id est, sodalitiũ iuris discepta-  
tor. huic Iason cum Argonautis sacra fe-  
cisse dicitur. Et ὁμόγυιος, quem gentiles  
cognati que inuocabant: Et φραστειος, id  
est tribulis: Et φίλιος, quòd amicitia præ-  
eset: Et ὀργικός, quòd esset uolati iurisu-  
randi uindex. Huius autem Iouis Horcũ  
ferunt eo in loco, ubi Eliorum cogebatur  
senatus, fuisse statuam effigie horrendam,  
quippe utraque manu fulmina tenentem:  
credo, ut homines à periurio deterrerentur.  
Aristoteles in libro de Mundo. Cum  
deus, inquit, unus sit, multa nomina ha-  
bet ab effectiõibus uarijs. Dicitur enim  
Ζεύς, Et ἀστραπαῖος, id est, Fulgurator:  
Et βρονταῖος, id est, Tonans: Et ἀέθριος,  
id est serenator: Et κεραυνίος, Fulminator:  
Et ἐπικάρπιος, Fructifer, uel Frugifer: Et  
πολιεύς, Urbicus: et γενέθλιος, Natalitius.  
Apuleius uerò uidetur Aristotelẽ ad uerbum  
transulisse, ita in libro de Mundo ad Faustum  
scribens: Unus est, inquit, deus, unumq; nu-  
mẽ, pluribus quidem nominibus propter spe-  
cierum multitudinem, quarum diuersitate fit  
multi

Iupiter  
unusOpt. Maxi-  
mus.

ἐπισκότις

perfector

ξενικός

ἑταίριος  
ὁμόγυιος

multiformis. Nam à iuuando Iupiter dicitur, quem Ζῆνα, quod uitæ nostræ autor sit, rectis sine appellat. Idem Fulminator, Fulgurator, & Tonitrualis, ac Serenator dicitur. Plures Frugiferum uocant, multi urbis custodem, alij Hospitalem, Amicalemq;. Meminit etiam Aristoteles in eo quem modo citavi libro, Iouis ἐγκύβητος, Iouis ὑπερίστος, & Iouis πατριός. Dicebatur ἐγκύβητος, quod intra uallos & septa domorum coleretur. Ferunt Priamū ad aram Iouis ἐγκύβητος à Neoptolemo interfectum, quod quodammodo Vergilius in secundo his uersibus innuit,

Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus  
Incubens aræ, atq; umbra complexa penates,  
& paulo post de Neoptolemo loquens,

— hæc dicens, altaria ad ipsa trementem  
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.  
Iupiter autem ὑπερίστος, siue ὀμβρῖος, dictus est latinis Iupiter Pluuuus. Erat autem Athenis Terræ simulachrum à Ioue pluuiæ precātis, ut est apud Tibullum:

Te propter nullos Tellus tua postulat imbres  
Arida nec Pluuio supplicat herba Ioui.

Porro

Porro Athenienses Patrium Iouē, Patriumq; Apollinem propterea cognominauerūt, quod primi omnium eos in regionem suam exceperint, sacræq; ei per singulas tribus fecerint. Alij uolunt Iouem tunc ab Atheniensibus Patrium appellatum, cum post ipsius in Creta educationem apparuisset: Apollinem uerò ut patrē cultum, quod Creusam Erechthei filiā uxorem duxisset. Macrobius tamen mauult Apollinem uocatum Patrium, non ratione gentis aut ciuitatis alicuius, sed tanquam hoc auctore progignatur omnia. Sol enim prima causa est rebus omnibus prognerandis: & pro Sole Apollinem poni credit. Scribit Pausanias, ad Plateas Bæotia ciuitatem non procul à communi Græcorū sepulchro, Iouis ἐλευθερίας, id est Liberatoris templum fuisse, iuxta quod armatorum currentium certamen quinto quoq; anno celebrabatur. Strabo lib. nono ait Ioui cognomen hoc inditū, quod apud Asopum Platearum amnē, Græcorum copiarum Mardonium cum trecentis Persarum milibus ad internecionem deleuissent: ludosq; in honorem Iouis ἐλευθερίας institutos. Eleutheria, id est

id est Liberatoria uocatos fuisse. Scribit idem Pausanias, in Moluridæ montis uertice, Iouis phanum fuisse cognomēto ἀφεισις. Nā cū in siccitate Græciæ Aæacus ab Apolline iussus Ioui Panellenio (is enim in uniuersa Græciæ colebatur) sacra in Aegina fecisset, Iouem oblata dimisisse, eaq; de causa ἀφεισιου, id est Dimissorem appellatum fuisse. Erat etiam Athenis Iupiter μηλίχιος, cui nullum animal immolabatur, sed tantum pomis, quæ Græci μῆλα uocant, sacrificabatur. Alij scribunt μελίχιου, per e in prima syllaba, deriuantq; appellationem à mansuetudine. μελίχιος enim mitē & placibilē sonat. Dicitus est etiam φύγιος, quasi dicas fugæ comitē. quam inuenio scriptum alibi φεγγύγιος, à Phryxo Athamantis filio, qui ab ariete uectus eū sacrificauit deo Ioui. Scribit Budæus in Comētarijs, φεγγύγιος eos dæmones dictos fuisse, qui nocumenta auertere, dirasq; amoliri crederentur. Appellatus fuit & λαβραδύς, quod in dextra securim, non fulmen haberet. nam Lydi securim uocant λαβρα. Et ἀγροαίος, quod à Siculis foro præesse crede-

retur.

retur. Nuncupatur & Homero nonnunquā ἀγροαίος, quod aliud foris ostēdat, aliud in animo habeat, quodq; obliqua & perplexa sint eius consilia. Habebant & Athenienses Iouis Βυλαίος, id est Consiliarij templum: & Thespenses Iouis Saotæ, cui ex hac causa cognomen hoc ei tribuerunt. Nam cum Draco ciuitatem mirum in modum infestaret, & Iupiter iussisset ut singulis annis ephëbum sortirentur, quem feræ immolarent, forsq; Cleostrato obtigisset, Menestratus Cleostrati uicem dolens, thorace æneo indutus, cuius singulis squamis sursum uersum hami ferrei additi erant, beluam interfecit, ciuitatemq; tāta seruitute liberauit. quo factō, Thespenses simulachrum æneum Ioui Saotæ, id est Seruato ri erexerunt. Dicitus est autem Saotes, quasi Sootes. nam & ipse dicitur à Plutarcho in uita Demosthenis σῶτης. Scribit Herodotus, solos Carcs ex his quos nouit, Ioui σπατίω, id est militari hostias offerre. & Plutarchus in uita Pyrrhi, dicit regibus Epirotarum morem hunc fuisse, ut singulis annis Ioui ἀγείω, id est pugnaci sacra facerent.

facerent. Meminit et Herodotus Iouis *καὶ ἑστῆς*, id est expiatoris. ad quem etiam uidetur respexisse Vergilius hoc uersu, in tertio Aeneidos:

Lustramurq; Ioui, uotisq; incendimus aras.  
Strabo libro 4. refert, Mylasios duo Iouis templa habuisse: alter uero eius qui lingua patria O-sogo, & alterum eius qui a loco Labrandenus uocabatur. Seruius ad illud Virgilij,  
Circæumq; iugum, queis Iupiter Anxurus aruis

Præsides. — ait, Circaillum Campaniæ tractum coli puerum Iouem imberbē, Anxurum nomine, quasi *ἀνευ βύβου*, id est sine nouacula. Nominatus præterea fuit *ἀγριοχός*, quasi *τὸν ἀγρίου ἑχέου*: uel *ἀπὸ τοῦ ὄχου*, uel *ἀπὸ τοῦ ὄχου*, a cibo & capra, quia eum capra nutruit, quam postea inter sidera retulit. Germanicus Arati interpretis,

— illa putatur

Nutrix esse Iouis, si uerè Iuppiter infans  
Vbera Cretæe mulsit fidissima capræ,  
Sidere quæ claro gratum testatur alumnus.  
Vocatus etiam est Hecalius, ab anicula quadam  
Hecale

Hecale nomine: quæ cum Theseum quodam tempore comiter excepiisset, promississetq; ei se suam ipsius animam Ioui immolaturam, si saluus ex prælio domum rediret: atq; ante reditum Thesei obiisset, occasione Theseo dedit, ut in honorem ipsius sacrum Hecalesium Ioui institueret, eumq; Hecaliū uocaret. Refert Plutarchus in Theseo: Inuenio in Olympiæ ara fuisse Iouis Mæragetæ: cui ideo cognomen hoc inditum est, quod quæ mortalibus à Parcis destinata sunt, non ignoret. Pausanias autor est, in Apollinis templo simulachra duarum Parcarum fuisse, Iouemq; pro tertia adstitisse cognomento *μοιραγέτω*, & eodem cognomine Apollinem ibi fuisse. Viues in Commentarijs in Augustinum, ex Aristotele: Iupiter, inquit, ipse est etiam fata, & omnia quæ de fati dicuntur, & Parcis. nēpe *ἀνδρῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν*, uel *ἀνδρῶν, ἡμῶν, ἡμῶν*. In eadem Olympiæ fuit etiam ara Iouis *χθονίς*, id est terrestris: & *καταβάτης*, id est descensoris. Appellatus est autem descensor, uel quod eius nutu fulmina in terram descendant, uel quod in uarijs formis ad amasias descenderit. Aristopha-

N nes

nes in Comœdia quam Pacē inscripsit, scarabeū ponit in tutela Iouis Descēsoris, fortassis quia semper ad sterora delabitur. Dicitur est et Cuculus, quod Iunonis desiderio in hanc auē transformatus sit. In Africā colebatur Iupiter Ammonius, id est arenarius. Liber enim pater cum per Lybiam exercitum duceret, siti fatigatus, Iouis patris auxiliū implorauit, statimq; uiso ariete fons inter arenas effluxit, quod Liber conspiciatus, ut gratias patri referret, ei tēplum in eo loco extruxit, simulachrumq; capite arietino posuit, & eum Ammonium ab arenis nuncupauit, ut autor est Seruius in illud Vergilij:

(pha.

Hic Ammone satus, rapta Garamantide nym-  
Diodorus scribit, Osiridem duo tēpla Ioui aurea statuisse, alterum maius Ioui cœlesti, alterum minus Ioui patri suo, quem quidam, inquit, Ammonem uocant. Curtius de Ammone Ioue loquens: Hunc, inquit, cum responsum petitur, nauigio aurato gestant sacerdotes cū multis argenteis pateris ab utroq; latere pendētib; . Herodotus autor est, huius Iouis Ammonis tēplū iussu Cambysis direptū, atq; etiā combu-

combustum fuisse, uerum exercitum grauissimas postea pœnas dedisse. Ferūt Alexandrū, cū intellexisset Perseum & Herculem ad Ammonis oraculum ascendisse, & ipsum eō ascendere uoluisse, Cæterum cum incumbente ualidius austro repulsus fuisset, diuq; per arenas errasset, tandem duobus coruis iter commostrandis ad desinatum locum peruenisse, Iouisq; sacerdotem regi blandientem, eum Ammonis filium uocasse: & ambitiosum regē hac compellatione sic delectatum fuisse, ut postea non aliter quā Ammonis filius & dici & haberi uoluerit. quod Olympias mater admodū ægrè tulisse memoratur, cuius extat apud Gelium epistola ad filium hoc argumēto scripta, ut ne pergeret ipsam Iunoni inuisam reddere. Erat etiā apud Babylonios Iouis Beli tēplū, ubi Herodotus dicit fuisse puluinar, ad quod cōfugientes tuti erant. Diodorus, interprete Poggio, de Babylonis structura loquēs: Loco, inquit, animalium æneæ statuæ inerant, Niniac Semiramidis perfectorum, & Iouis insuper quem Belum Babylonij uocant. & paulo post: Constat ob tēpli illius mirandam altitudinem

dinem à Chaldeis astrorum obseruationes in eo factas. Dionysij interpres Anienus,

—Stat maxima Belo

Aula quoq; argento, domus indo dēte nitescit,  
Aurum tecta operit, sola latè contegit aurum.  
Scribit autem Pausanias, Iouem à Belo Aegyptio uiro nomen hoc accepisse: sicut et Ammonem eum dictum ab Ammone pastore, qui eum primus erexit. Historia habet, Iouem Belum secundum fuisse regem Babyloniorū Nini patrem. Lactant. uerò autor est, in phano Iouis Triphylj auream columnam fuisse, ab ipso Ioue positam, in qua res à se gestas perscripsit, ut essent posteris monumenta rerum suarum. Diodorus scribit, eos qui in Panara ciuitate habitant, dici ministros Iouis Triphylj, solosq; eos ex his qui Panchæam incolunt, suis uiuere legibus absque rege. & paulo post ait, Iouis Triphylj templum in campestri loco positum, quod tum uetustate, tum ædificij magnificētia, tum natura loci mirabile habebatur. Refert Strabo, Triphyljos Triphyliaē populos ideo sic uocatos, qui tria illos φυλα, id est nationes in unum congregatæ coluerunt, Epæorum, Minyarum,

nyarum, & Elæorum. atq; ita innuit Iouem à loco, & locum à tribus populis sic denominatum, fuit & Dodonæus, dictus à Dodona sylua ei sacra. Ouidius in obsceno carmine, Dodone tibi Iuppiter sacrata est.

Illic fuit fons mirabilis naturæ, quemadmodū his uersibus docet Rhemnius,

Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ,  
Quem merito ueteres dixerūt nomine sacrū.  
Nā gelidus superat cunctarū frigus aquarū,  
Accensasq; faces prope si quis duxerit undā,  
Extinguit flammæ: recipit sed rursus easdem,  
Admoueat dextra cū extinctā lāpada fonti.

Dodonæum oraculum omnium aliorum fuisse longè uetustissimum, autor est Herodotus. Reddebat & responsa in specu Trophonio, unde & Trophonius dictus est. de quo sic Strabo: Lebadia quidem est, ubi Trophonij Iouis constructum est oraculum, hiatus subterranei descensum habens, eò autem descendit suscepturus uaticinium. De Dodonæo oraculo & specu Trophonio nonnulla Erasmus in Chiliadibus. Similiter Olympius appellatus est, ab Olympo monte. Pomponius Mela: in Achaia, in

quit, numen delubrumq; Iouis Olympij fuit, certamine gymnico, & singulari sanctitate, ipso tamen simulachro, quod Phidiae opus est, maximè nobile. Lactantius ex Euhemero, qui Iouis historiam scripsit, refert, in Olympo Iouem habitasse: hocq; fortassis poetis figuram dedisse, ut eum caeli regem dicerent, quod Olympus ambiguum nomen sit & montis & caeli. Scribunt uerò nonnulli, Herculem ob denegatam ab Augea rege promissam mercedem, iratum, Elidem, cui Augeas imperabat, diripuisse, atque ex praedae manibus Ioui patri, quem Olympium nominauit, templum posuisse, singulisque Iustris certamen Olympicum instituisse, & coronam ex oleastro uictori mercedis ergò proposuisse. Quanquam & sint, qui asserant, ab Hercule in Pelopis, non Iouis, honorem Olympica instituta. quibus astipulatur Papinius his uerbis:

—Pisæa per arua

Hunc prius Alcides Pelopi certauit honorè.  
Diodorus Siculus mauult Iouem appellatum esse Olympicum ab Olympo paedagogo, à quo eruditus

eruditus & ad uirtutem institutus fuit. Nemeus quoq; uocatus est, à Nemea Elidis regione, à qua & Nemea certamina quæ singulis quibusque triennijs in Iouis honorem celebrantur, denominata sunt. Creticus præterea nuncupatus fuit, à loco natiuitatis & sepulturae. item Idæus, & Dictæus, ab Ida & Dicta montibus, qui sunt in Cræta. Vergilius in septimo,

Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrè  
Inuocat. & in secundo Georgic.

Ante etiam sceptrum Dictæi regis.

& in quarto, de apibus loquens,

Dictæo caeli regem pauere sub antro.

Colebatur etiam non procul à Cræta Iupiter Camiræus, cui Althemenes in ea Rhodi ora quæ Camiros dicitur, templū cōstruxit, quod super montis Achabyri excelsum cacumē positum, unde Cræta conspici potest, adhuc tempore Diodori Siculi, ut ipse ait, præcipuo habebatur cultu. Scribit Herodotus, Mysalos ostentasse uetustissimum delubrum Iouis Carij, quo Mysij ac Lydi communiter utebantur. Fuit & Casius, à monte Casio uocatus,

ubi phanum ei dicatū erat. Refert Strabo, corpus Pompeij Magni non procul ab eo loco sepultum fuisse. Erat et Iupiter Atabyrius, ab Atabyrio monte Rhodi: & Hypatios, ab Hypato monte supra Glissantem Bœotiae ciuitatem: & Lycoræus, à Lycoræa uico Delphico, uel potius à Lycoreo loci illius quondam rege: & Tarantæus, à Taranto Bithiniae ciuitate: & Altiōs, ab Alti luco circa Olympiā ipsi sacro: & Anchēsmius, ab Anchēsmo mōte iuxta Athenas: & Gnidius, de quo uide Plinium lib. 32. cap. 2. & Scotinus, à Scotina loco Lacedæmonis quercubus pleno: & Apesantius ab Apesanto monte qui est supra Nemeam, ubi Perseum Ioui Apesantio sacra fecisse memorant: & Laphystius, à colle Laphystio, ubi cū Athamas Phrixum & Hellen liberos esset immolaturus, aries aurei uelleris à Ioue immissus est, cui insidentes aufugerunt: & Homoloius, ab Homolo monte Thessalica, uel (ut uult Suidas) ab Homoloia uate Ennyei filia, quam Delphos fuisse missam Aristophanes in Thebaicorum secundo memorat: uel quod apud Aeoles ὁμοῖον, concors & pacificum dicatur. fuit & Homoloia

moloia Ceres Thebis. Refert Macrobius Assyrios Solem sub Iouis nomine, quem dia heliopoliten cognominabant, maximis ceremonijs celebrasse in ciuitate quæ Heliopolis appellabatur. in Lycæo quoq; Arcadiae mōte Iouis Lycæi, sic à loco dicti, templum erat, in quod ingredi nefas fuisse dicunt. Scribit Cælius Rhodoginus, in Lycæo lucum fuisse Ioui Lycæo sacrum, atq; hunc qui ingrediebatur annum superuuiere non potuisse. Plinius autor est, Demetrium quendam in sacrificio, quod Ioui Lycæo fiebat, quod carnem pueri qui immolatus fuerat, degustasset, repente in lupum trās mutatum. Pausanias hoc Lycæoni, qui puerum sacrificauerat, euenisse autor est. Erat & Iupiter Abretanus, ab Abretana, quæ Mysia est, sic uocatus: cuius sacerdos fuit Cleon, latro prius insignis, deinde Antonij, postea Augusti militum præfectus. Augustinus in pulcherrimo illo opere de Ciuitate Dei (libenter enim illius cum honoris titulo meminimus) scriptū reliquit, Iouem à Romanis appellatum fuisse uictorem seu inuictum, quod omnes uinceret, et à nemine uinceretur: & Opiulum, quod opē

N 5 indigen-

indigentibus ferret: & Impulforem & Supi-  
nalem, quod haberet impellendi ac resupinan-  
di potestatem: & Centumpedam, quod stabili-  
re ac sustinere omnia posset: & Tigillū, quod  
tanquam tignum mundum sustentaret: & Al-  
num, quod aleret omnia: & Ruminum, quod  
rumam, id est mammā animalibus cunctis præ-  
beret. Dicitur etiam est, autore Macrobio, Luce-  
tius, & Diespiter, quod lucis autor sit ac diei.  
Erat præterea Romæ Iupiter Feretrius, à feren-  
dis opimis spolijs sic nuncupatus. Nam cum  
Romulus Acronem Ceninensium regem, ra-  
ptarum iniuriam bello ulcisci uolentem in præ-  
lio obtruncasset, spolia que ducis hostium cæ-  
si fabrefacto ad hoc ferculo, in Capitolio de-  
posuisset: Iupiter, inquit, Feretri hæc tibi ui-  
ctor rex regia arma fero, templumq; his regio-  
nibus, quas modò animo meo metatus sum,  
dedico. Sic Lilius in primo ab Vrbe condita.  
Plutarchus uerò non à feretro, aut ferendo,  
sed à feriendo Iouem Feretrium uult appella-  
tum fuisse. Romulum enim hostem, ut uotis  
petierat, feriendo oppressisse. Sed & Stator ab  
eodem Romulo dicitur fuisse, quod Romanos fu-  
gientes

gientes stitisset. Nam cum Sabini arcem Tar-  
peiam occupassent, urbiq; toti iam immineret,  
& Romani pluribus collatis prælijs ad fugam  
acti essent: Romulus deploratis rebus, uouit  
templum eo loco se Ioui positurum, si cædā Ro-  
manorum fugam sisteret: quod uotum uix dū  
emissum erat, cum ecce Romani repente resti-  
tere, Sabinosq; confertissimo agmine adorti  
fudere. in cuius rei perpetuum monumentum  
eo loco Ioui Statori templum edificauit. Itaq;  
à sistendo Stator, non à stando dicitur. Li-  
cet enim (ut annotauit Hermolaus Barbarus)  
Iupiter in ueteribus monumentis modò se-  
dens modò stans inueniatur, non ideo tamen à  
stando nomen habuit. Seneca tamen, quod  
beneficio Iouis stent omnia, Statorem dicit  
eum appellatum, non ex eo quod post uo-  
tum susceptum aciem Romanorum fugien-  
tium stare fecerit. Mortuo Romulo Numa  
religiosus uir, rerum positus, Ioui Elicio a-  
ram posuit, quem ab eliciendo sic nuncupa-  
uit. Nam (ut tradit Lilius in primo) cum  
ipse instituisset, ut Pontifex non cælestes  
modo cæremomas, sed iusta quoq; funebria  
placatio

placationemq; manium edoceret, quæq; prodigia fulminibus, alio ue quouis modo missa susciperentur atq; curarentur, neq; hæc commodè absq; diuino auxilio perfici posse cerneret: ad ea e mentibus diuinis elicienda Ioui Elicio arã in Auentino dicauit. illud omittendum nõ est, quòd scribunt quidam, Iouem Elicium quasi illicium dictum. Certè Plutarchus in Numa uidetur cognomen hoc à Græco deriuare. Refert enim Numam, cum Iouem orasset, demonstrare uellet rationem qua lustrationes faciendæ essent, & ille capitibus faciendam esse dixisset, subiecisse ceparum: Iouemq; dixisse, hominum: et cum rursus interrogaret capillis, respondisse Iouem, animatis: & tunc Numam, pisciculis menedib. subintulisse. quo uiri responso deum delectatum, id est, id est propitium abuisse, & deum locumq; inde appellatum fuisse. Eandem fabulam multis uersibus describit Ouidius in 3. Fastorum:

Eliciant cælo te Iuppiter, unde minores

Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.  
Vide uerò quam miserabiliter olim dæmones mortalibus illuserint, qui si aliter quàm ritu solenni

lenni inuocati fuissent, uitã inuocatoribus suis adimere solebant. Nam Tullus Hostilius Romanorum rex cum conaretur eodem quo Numam sacrificio Iouem deuocare cælo, quoniam parum rite hoc fecisset, fulmine ictus fuit. Hæc scilicet cultoribus suis mercedem improbus dæmon reponebat. Persuaserat idem dæmon Latinis, ut Ioui Latiali non aliter quàm sanguine humano supplicaretur. Sed omittamus similia cognomina, ad aliãq; mitiora descendamus. Iuppiter dictus est Pistor, quòd Romanos, quo tempore à Gallis obsessi propter famem de deditione cogitabant, in somnis admonuisset, ut ex omni frumeto quod habebant, panes facerent, eosq; in hostium castra iacerent. Ita enim futurum, ut desperata uictoria Galli animis conciderent, atque ipsi superatis hostibus obsidione liberarentur. Ouidius in 6. Fastorum:

Esse Ceres uisa est, iaciunt Cerealia dona,  
Lacta super galeas, longaq; scuta sonant.  
Posse fame uinci spes excidit, hoste repulso  
Candida Pistori ponitur ara Ioui.

Appellatus est etiam Lapideus, à prisco ferendi scederis ritu, quod à patre patrato fiebat. alte  
ra manu

ramanu lapidem tenente. Præerat autem fœderibus percutiendis Iupiter: unde per Iouem Lapidem iurabant. Quin & Inuentor, ab inuentis bubus dictus est. Nam Hercules cum se flumine ob Caci cædem lauisset, aram ei loco proximam erexit Iouis Inuentoris, quæ erat Romæ iuxta portâ Tergeminam, immolauitq; deo iuuenicum, gratum munus inuentionis bouum. Erat & Iupiter Viminus, à uiminibus sic dictus, à quibus etiam collis Viminalis Romæ cognomen accepit. Meminit Marcus Varro in libris de Lingua Latina. Prædator quoque cognominatus est, quod ei de præda deberetur aliquid. Vergilius in tertio Aeneidos,

— Ipsumq; uocamus

In prædam, partemq; Iouem. —

Fuit præterea ab Agrippa erectum templum Ioui Ultori, quemadmodum scripsit Plinius libro trigesimo sexto, capite decimoquinto. Inter omnia autem quæ Romæ fuerunt templa, nullum fuit sumptuosius, quàm Iouis Capitolini, cui uotam quidem à Tarquinio Demarathi filio ædem, Tarquinius Superbus

ex

extruxit: in cuius tantum fundamenta quadraginta milia librarum argenti insumpsisse dicitur. Ferunt & Pompeium Ioui Capitolino sex pocula Murrhina ingentis æstimationis dicasse. & Suetonius autor est, Augustum in eius cellam sedecim milia pondo auri, gemmasq; ac margaritas quingenties sestertium una donatione contulisse. Cæterum non erat idem Capitolinus hic Iupiter cum Ioue Capitolino Tonante. siquidem Capitolinum Superbus cõstruxit, ut iam dictum est: Capitolinum autem Tonantem diuus Augustus, quod liberatus fuisset periculo, cum in expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; aurigam exanimasset, quemadmodum scribit idem Suetonius in Augusto. Erat & Iupiter Tarpeius, ab arce Tarpeia sic dictus, in qua templum habebat. Sed hunc putarim eundem fuisse cum Ioue Capitolino. Meminit Ouidius in Fastis, sub uerbis Iunonis: Si thorus in precio est, dicor matrona Tonantis,

Iunctaq; Tarpeio sunt mea templa Ioui.

August:

August. in septimo de Ciuitate Dei, refert uer-  
 teres Iouem etiā cognominasse Pecuniā, quod  
 eius esse putarent omnia. Sed quæ est ista theo-  
 logia, inquit, ubi rex deorum eius rei cogno-  
 men accepit, quam nemo sapiens unquam con-  
 cupiuit? Erat & Veiu-piter, id est paruus Iupi-  
 ter, ut exponit Marsus Ouidij interpret, quod  
 nomen mysterio non carebat. Nam sicut par-  
 uus Iupiter postquam adoleuit, cælo regnauit:  
 sic urbs Roma parua ab initio, post apertum à  
 Romulo asyllum paulatim ad summum imperij  
 culmen ascēdit. Non desunt tamen qui uelint  
 Veiouem esse Iouem, uim nocendi habentem.  
 quosdam enim deos, ut profint: quosdam ne ob-  
 sint, placari.

## De Apollinis cognominibus.

## CAPVT IIII.

**A**pollo, qui & Græcis est ὁ ἀπόλλων,  
 sic dicitur ab α priuatiua particula, καὶ  
 πόλλοι, quasi ἀνευ πόλλων, id est quod solus  
 sit. Vnus enim est Sol, pro quo Apollinē poni  
 uolunt. Vel ἀπὸ τῶν πάλαι τὰς ἀκτινας, hoc  
 est à iactu radiorum. Vel à perdendo. hoc  
 enim significat ἀπόλλων. Nam ipse sol omnia  
 animar

animantia perimit, cum pestem intemperie ca-  
 loris immittit. uel quasi ἀπλῶς, propter diuini-  
 tatē. in eo quippe est τὸ ἀλκίως τε καὶ ἀπλῶς.  
 Macrobius alias etymologias refert, & ante  
 eum Plato, quas omittimus breuitatis gratia.  
 Quoniam autem Apollinem & Solem pro eo-  
 dem numine usurpari credebant, appellatus  
 est Phœbus à splendore & puritate, quasi φά-  
 ειός, ἀπὸ φωτός καὶ βίῃς, à luce & uita: uel  
 ἀπὸ τῶν φοιτῶν βίῃς, quod uiferatur. Ex ea-  
 dem causa uocatus est φωνίς, ἀπὸ φωνῆς ὁδῶς  
 ἀεὶ νέος, quia sol quotidie se renouās ueluti no-  
 uus apparet: et ἐλελεὺς, ἀπὸ ἐλίτῃς ὁδῶς ποδῶν  
 πλῶ γλῶ, quod sol æterno circa terram meatu  
 uoluatur. est & Eleleus Bacchi cognomen, ut  
 in Baccho dicemus libro tertio. Hic deus medi-  
 cinam reperisse dicitur, unde plurima cogno-  
 mina inuenit. Appellatus enim est Sosiphalis  
 & Medicus. Ἰῆς & παίων, ἀπὸ πάειν τὰς  
 αἰτίας, quod animi doloribus mederi credere-  
 tur: uel ἀπὸ πάειν, à feriendo. Dicitur est et  
 ab eadē causa λοιμός, ἀκείσιος, καὶ ἀλεξίκα-  
 νος. Nam λοιμός pestem sonat, & ἀκείσιος  
 mederi significat, et ἀλεξίκακος idem est quod  
 malo.

malorum depulsor. quæ omnia congruunt bono medico. Eadem quoque ratione nuncupatus est ἰατρικός, id est auxiliaris: et ἄλιος, id est sanitatis autor, ab ἄλῶ, quod ualere significat. Scribit Strabo libro 4. Milesios ac Delios Apollinē ἄλιου coluisse. Apollo enim, inquit, salutaris est: ἄρταυὸς ex eo dicitur, quod integros faciat, et tunc per u in ultima scribitur, ubi et accentum habet. Eidem deo uaticinandi artem, futurorumque scientiam tribuerunt. Nam cum persuasissent sibi Apollinem eundem esse cum Sole, facile credebant eum et uidere et nosse omnia, quæ iam essent, quæque fuissent, et quæ futura esset. Idcirco passim colebatur, passimque responsa dabat. et quia ambigua semper et incerta obliquaque erant ipsius responsa, uocatus est à Græcis ἄλιος, licet Macrobius aliam huius cognominis rationem adferat. Quoniam autem inter omnia Apollinis oracula Delphicum maxime celebrabatur, referam quid de eius origine scribat Diodorus in Philippo. Eo loco, inquit, quo Delphis templum fuit, specus erat recessu uasto et tenebroso, in quem cum castra descendisset, illic tum forte pascens, repente dei

te dei plena spiritu, more in sueto exultare cepit. quod admiratus pastor, cum et ipse specum intrasset, simili afflatus est spiritu, cepitque futura prædicere. Hoc quum multi alij experti fuissent, et similiter successisset, res tandem eo progressa est, ut qui futura scire uellet, caput in antrum immitteret. Verum quum hoc sine multorum periculo atque exitio non fieret, Delphici templum ibi Apollini Diuinatori construxerunt, uirginemque statuerunt, quæ in machina consistens posset absque periculo Dei spiritu afflari, responsaque consulentibus reddere. Sacerdos Pythia uocabatur: quæ tam diu ex uirginibus eligi consueuit, donec una fuit ab Echecrate uiolata. Erant autem ante templum Apollinis Delphici ista scripta, γινώθι σεαυτὸν, ἠέ σέ γε γυναικῶν, τίς σε ἀπὸ δὲ ἀτῆν, id est, Nosce teipsum, Ne quid nimis. et, Sponde, noxa præsto est: de quibus omnibus copiose Erasmus in Chilibus. Scribit alicubi Cic. Delphicum oraculum maximis donis omnium populorum atque regum fuisse refertissimum. Gyge enim Lydorum regem, Midam, et Syllam Romanum, munera illuc attulisse. ferunt templum Apollinis Delphici

O 2 à Bren.

à Brenno natione Pranso-Tetosagis auxiliari-  
tibus penitus spoliatum fuisse, omnemq; thesau-  
rum ab eo Tolosam delatum, & longo post tē-  
pore Cepionem consulem Romanum, quia ab  
eo uolentas manus non abstinuisset, uitam cū  
toto exercitu calamitosē finisse. De hoc auro  
Tolosano nonnulla Gellius, & Erasmus in  
Chiliadibus. Porro machinā illā, in qua cōsi-  
stentem Pythiam oracula reddere consuetam  
fuisse antē diximus, Tripodē à tribus basibus  
appellat Diodorus. Hinc manauit adagium, ex  
Tripode dictū: pro re certa indubitataq; cuius  
modi erāt omnia Apollinis ex Tripode reddi-  
ta oracula. Aristophanis interpres in Vespis,  
dicit eam partem Tripodis, in qua Pythia sede-  
ret, uocari græcè ὄλυον, & inde Apollinem  
dici ὄλυον. Appellatus autē est Delphinus,  
à Delphine dracone quem interemit: uel po-  
tius quod Delphino assimilatus, Castalio Cre-  
tensi coloniam deducendi dux astiterit, nauēq;  
eius Delphos usq; semper præceserit. à qua re  
& Delphis oppido nomen impositum. Sūt qui  
Delphinium dicant fuisse locū Athenis, deūq;  
ab eo loco Delphinium cognominatum. Erat  
autem

autem in Delphinio dicasterium ab Aegeo cō-  
structum, ubi de Theseo, dum latrones à se iu-  
re caesos contenderet, primum iudicium fuisse  
dicitur. Plutarchus scribit, Theseū Maratho-  
niam suam, quæ Tetrapolitanis plurima dama-  
na dederat, ostentandi roboris gratia per me-  
diam urbem Athenarum uiuā ægisse, posteaq;  
Delphinio Apollini immolasse. Strabo quodā  
loco meminit portus Delphini: & Cæcis ex  
Leandro refert, Delphinem eum appellatum,  
qui Delphicum oraculum custodiebat. Macro-  
bius uero uult Apollinem nominatū Delphiū,  
ἐκ τοῦ ἀλλῶ ἀφανῆ, quod sol quæ obscura  
sunt, claritudine sua manifestet. uel quasi unū  
& solum: ἀέλωρον enim prisca lingua signifi-  
casse unum, unde & fratrem ἀδέλωρον uoca-  
tum, quasi amplius non unus sit. Dictus est &  
Delius, à Delo insula, ubi & natus fuit, et diu  
responsa reddidit. Appellata autem est Delos  
ἐκ τοῦ ἀλάς, quod ibi primum Latona Dianā  
& Apollinem gemellos enixa apparuerit, lu-  
nonis iram fugiens. Nam antē uocabatur Or-  
tygia, de coturnicibus sumpta appellatione. Fe-  
runt hanc insulam olim supernatasse, neque  
O 3 prius

prius firmam atq; stabilē fuisse, quam in ea ex  
 responso Apollinis mortuum corpus sepelire  
 desierunt. Plutarchus in uita Pelopidæ autor  
 est, ad Tegyras, qui locus est prope Delon, na-  
 tum esse Apollinem, eumq; à loco Tegyræ cum  
 cognominatum, ibiq; fuisse oraculū, quod usq;  
 ad bellum Medorum florentissimū exitit. Re-  
 fert Plinius libro 4. cap. 12. Antipodas Apolli-  
 nem Delū præcipue coluisse, eiq; per uirgines  
 frugum primitias mittere consueuisse. Vergil.  
 in 3. Aeneidos,

—non hæc tibi littora suasit

Delius, aut Cretæ iussit considerare Apollo.

Et in quarto Aeneidos,

Qualis, ubi hybernā Lyciā, Xanthiq; fluētā  
 Deserit, ac Delon maternam inuisit Apollo.  
 Macrobius ad solem suo more omnia referēs,  
 credit eū appellatū Delium, ἐξ ἧ δ' ἡλιαίου φά-  
 νερά πάντα ποιῆν τῷ φῶτι, quod illuminan-  
 do omnia clara demonstrat. Colebatur Et Cu-  
 mæ Apollo Cumanus, quem quatuor diebus  
 fleuisse memorant, cum aduersus regē Aristo-  
 nicū à Romanis pugnaretur. Et Pellæ Apollo  
 Theoxenius, à cuius etiā nomine Pellenenses  
 Theoxe-

Theoxenia certamina instituerant, argentum  
 uictoriæ præmium proponentes. Branchides  
 quoq; appellatus est, à Brancho adolescente  
 Thessalo, quem Et uiuum dilexit, Et mortuū  
 templo decorauit: uel à Brancho filio, cui ua-  
 ticinandi artem concesserat. uel à Branchidis  
 populis, apud quos responsa dabat. Strabo lib.  
 14. Post Posidonium, inquit, Milesium est ora-  
 culum Apollini Didymæo sacrum apud Bran-  
 chidas. Id à Xerxe incensum est, quemadmo-  
 dum reliqua Græciæ tēpla, Ephesio excepto.  
 Branchidæ autē dei thesauris Persæ traditis,  
 cum eo fugiente abscesserunt, ne proditiōnis  
 Et sacrilegij pœnas penderent. Huius Milesij  
 Apollinis, de quo Strabo, meminit Et Lactan-  
 tius: quem consultum, utrum CHRIS-  
 TVS deus esset, an homo, ait hoc modo re-  
 spondisse græcè,

Θυγὴς ἀνελυτὰ σαρνα, σοφὸς τεγατοῖσιν ἔργois,  
 ἀλλ' ὑπὸ χηλοδαίμωνι κειτῶν ὅσσοις συλλυθῆis.  
 Γόμοis, καὶ σπολόσσει πιρλίῳ ἀνέλυσε τελοστέῳ.  
 id est, Mortalis erat secundum carnem, sapiēs  
 portentosis operibus. Sed sub Chaldaeis iudi-  
 cibus armis cōprehensus, clauis Et cruce ama-

rum tolerauit finem. Porro Didymæus dictus est, quod eum & Dianam eodē partu mater ediderit: nam διδύμοι gemellū significat. uel autore Macrobio, quod sol geminam speciem sui numinis præferat, illuminādo formandōq; lunam. Boccatus autem quo loco de Brācho loquitur, ait ipsum simulatq; natus fuit, patris Apollinis malās osculatum, indeq; deum φιλῶσιου nuncupatum. Quanquam Macrobius dicat, Apollinem ideo cognomen hoc habuisse, quod solis lumen oculis nostris uisu sit amabile. Colebatur & Apollo Clarius, sic dictus à Claro monte & oppido iuxta Colophonem, ubi oraculum quoq; habuisse memoratur. Plinius lib. 2. cap. 103. Colophone, inquit, in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira reddūtur oracula, bibentium breuiori uita. Quid. in primo Faistorum:

Pagina iudicium docti subitura mouetur

Principis, ut Clario missa legenda deo:

& Vergil. in secundo Aeneidos,  
 Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis.  
 Hoc addēdum supradiētis, Claron nominatā  
 ἱερὴν Ἰ. Λαγῶν, Hanc enim sorte adeptus Apol-  
 lo

lo dicitur. Erat & Apollo Grynæus. Vergilius in quarto Aeneidos,  
 Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,  
 Italiam Lyciæ iusere capeffere sortes.  
 ubi Seruius iuxta Clazomenas, inquit, urbē Asiæ, nemus est Grynæum, ubi Apollo colitur. inde sumit epithetum, licet non inde sumperit oraculum. Grynæi nemoris in Bucolicis meminit idem Vergilius,

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,  
 Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.  
 Ferunt Mopsū Apollinis filium, & ipsum diuinandi peritissimū Grynæo nemori præfuisse. Diradiotes quoq; dictus est à Dira loco, ubi uaticinabatur. Dabat ibi mulier oraculum, sed prius eā à uiri cōcubitu abstinere oportebat. Singulis autem mensibus agnū noctu mactabat, cuius sanguinem cum epotarat, repente dei numine afflari credebatur. Macrobius libro Saturnalium tertio, capite sexto, refert ex Cloatio quodam Vero fuisse Deli aram Apollinis γυντροπος, apud quam nullum cæde batur animal, sed tantum solenni prece deus adorabatur, Diogenes Laertius scribit Pytha-  
 O S goram

goram iussisse, ut ex omnibus aris quas habebat Athenis Apollo, solum ea coleretur, quæ Apollini Delio Genitori post Ceramicum posita erat, quod tantum frumentum, hordeum, & placentas illi absq; usu ignis ex antiquo instituto imponere solerent. Cur autem Apollo uocatus sit Nomus, uariæ redduntur causæ. Dicunt enim aliqui, nomen hoc ideo tributum ei, quod Cyclopib; interfectis, amissaq; diuinitate, regis Admeti armata pauerit. *νῆμος* enim pascio significat. Alij malunt dictum Nomium à legibus, hoc est *νόμος τῶν νόμων*. ipsum siquidem Arcadibus quondam imperasse, legesq; eis dedisse, uerum ob nimiam earum seueritatem regno pulsum, ad Theßaliæ regem Admetum confugisse, ab eoq; eã quæ circa Amphrysum est regionem impetrasse. Indeq; factum esse, ut eius pecora pauisse creditus sit. De Nomio Apolline proculdubio intelligendi sunt uersus hi Vergilij in Bucolicis,

—postquam te fata tulerunt,

Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.

Et hi in principio tertij Georgicorum, (mus

Te quoq; magna Pales, et te memoræde cane-

Pastor

Pastor ab Amphryso.—

Macrobius putat Apollinem cognominatum Nomium, non ab officio pastoralis, ut fabulati sunt poëtae, sed quia sol pascit omnia quæ à terra progenita sunt. Meminit Cic. in tertio de Natura deorum, huius Apollinis, eũq; à datis legibus Nomionem uocat. Nuncupatus est præterea Pythius, à Pythone serpente quem interfecit. Cum enim luno intellexisset Latonam ex Ioue grauidam esse, atq; hoc ægre ferens ei locis omnibus ad enitendum interdixisset, neque hac difficultate, ad quam miseram redegerat, contenta, Pythonẽ præterea ei addidisset perpetuum comitem, à quo continenter infestaretur: Apollo matris uicem dolens, eamq; iugi illo metu liberare cupiens, serpentem sagittis confecit. Vnde & ab argenteo arcu *ἀργυρότοξος* dictus est. Licet Macrobius in deo *ἀργυρότοξον* dictũ autemet, quod sol per summum orbis ambitum enascens, figuretur uelut arcus quidam, alba & argentea specie. Certè Homerus eum sæpe à iaculandi peritia *εὐχολόξον* nũcupat. Sũt qui draconẽ ab Apolline arcu interemptum, non Pythonẽ, sed Delphi-

Delphinem appellatum fuisse scripserint, & deum ab eo Delphinium nominatum, ut paulò ante diximus. Pythonē autem, à quo Pythius dictus est, uiolētum fuisse hominem Draconis cognomento, ab Apolline sagittis debellatum, matre Latona inter pugnandum proclamante ἰσπασαίν, id est immitte feriendo. Ouidius tamen à Pythone serpēte interfecto Pythia certamina instituta his uersibus comprobat: Ne ue operis famam possit delere uetustas, Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia perdomita serpentis nomine dictos. Non defuerunt, qui Apollinem Pythium appellatum uoluerūt ἀπὸ τοῦ δράκοντος, quòd draco in Delo ab Apolline interfectus ibi computruerit. Sunt & qui appellationem deriuent ἀπὸ τοῦ πωθῶντος, id est ab interrogandi descendij; usu. Hunc enim colebāt, qui Musarū sacris initiabantur. sicut ἰσπυθίων inuocabāt, qui scientiam iam cum loquendi facultate comparauerunt: quanquam nonnulli uocatum dicant Ismenium, ab Ismenio colle Thebano, ubi templum habebat. & ὄρειον, qui cum alijs iam disserere philosophari que possent, Nam Apollo

pollo deus est scientiæ, nouemque Musis præest, unde & μασαγῆτης Pausania dicitur. Sunt tamen qui scribant, Hermionenses de terræ finibus contendentes, & uictores factos, Apollinem ὄρειον, id est Terminalem, à finibus adiudicatis uccauisse. Plutarchus autor est, Tripodem illum aureum à ueteribus tantopere decantatum, et à septem Græciæ sapientibus reiectum, Ismenio Apollini dicatū fuisse. De Pythij appellatione multa Macrobius. Quemadmodū autem à Pythone Pythius cognominatus est, ita à lupis Lycij cognomen sortitus est. Refert Pausanias, cū lupi ex Ida descendentes Græcorum exercitū uehementer infestarent, & Ulysses suaderet, ut Græci sagittas in lupos torquerent, consuluisse Palamedem, ut Apollini Lycio ac Phrixio potius supplicarent, quàm beluas impeterent. Deum enim ipsum lupos sagittis suis mox fugaturum, ac confosurum. Scribit idem autor alio loco, Sicyoniorum greges à lupis usque adeò quodam tempore uexatos, ut nullos fœtus ederent, deumq; Apollinem Sicyonijs corticē quendam aridum commonstrasse, quem cum carne

M. P. 1. 1. 1. 1.  
Apo. Mo.

carne feris proponerēt. Quod cum fecissent, lupos degustatis carnibus repente perijisse, atq; ob eam causam Sicyonios Lycio Apollini templum ædificasse. Fuit à Danao quoq; Argis constructum phanum Apollini Lycio, ex huiusmodi causa. Nam cum ipse & Gelanor de imperio contenderent, multasq; apud populum rationes uterq; proposuisset, & sententiæ dictio in posterū diem dilata esset: orta luce uisus est lupo, qui pascentes pro moenib. boues aggressus acerrimè cum illis depugnabat. Lupum autem Argiui Danao, & taurum Gelanori diu ante certamen illud assimilauerant: quod què admodum lupo maxime horret hominū conspectum, ita Danaus ad eum usq; diem Argiorum commercio abstinuerat. Cum autem lupo taurum occidisset, Danao imperium traderunt. qui ratus lupo sibi ab Apolline propitio immisum, in honorem Apollinis Lycij templum Argis construxit. Physici dicūt Lycium appellatum, quòd, quemadmodum lupi pecora rapiunt, & oculorū acie noctis tenebras euincūt: sic ipse quoq; radijs suis humorem eripiat. Græci eū *λυκαρόνοσ* uocāt, quasi tu dicas lupicidam.

picidā. Videtur tamen Vergil. eū appellare Lyciū à Lycia, quæ est, autore Strab. ppe Troiā. Qualis, ubi hybernā Lyciā, Xanthiq; fluētā Deserit, ac Delon maternam inuisit Apollo. Pausanias autor est, Apollinē dici Smintheū à muribus. Cū enim sacerdos quidā Apollinis, Crimis nomine, sacra dei neglexisset, atq; ob hoc nihil penitus fructuū eo anno collegisset omnib. rebus à muribus corrosis: itato detrimētō cōmotū sacerdotē, consueta deo sacra peregisse, deūq; ilico mures omnes sagittis suis perdidisse, atq; ex ea re Smintheū uocatū esse. nā Cretenses mures Sminthas uocare. Scriptum est apud Strabonē libro decimotertio, quo loco de Smintheo loquitur, respōdisse, Teucros à Creta profectos ibi sedem fixuros, ubi terrigenæ eos aggredierentur, atq; id circa Amaxitum euenisse. Maximam enim agrestium murium multitudinem repētè noctu exortā, quicquid ex corio factum inuenissent, corrosisse, ibiq; Teucros mansisse. Addidit idē autor, simulachrum Apollinis Sminthei ita fuisse sculptum, ut murem pedibus premeret. Ouid. in Fastis, Sminthei Apollinis meminit,

Consu-

Cōsultur Smintheus, luoq; opertus opaco  
Hos non mentito reddidit ore sonos.

Et poeta Græcus sic latinè uersus,  
Smintheu, præclaræ Tenedi dominator, A-  
pollo.

Macrobio placet magis, Sminthea cognomina-  
tum, ὄφι ζέου θεῖ, quia sol feruens currit. Ad-  
dit Strabo eo quē modo citauī libro, Rhodios  
in agro suo templum Apollinis Erythibij, cui  
cognomen hoc inditum est à rubigine, quam  
illi erythibiam uocabant, cōstruxisse. & Bœo-  
tios Apollini Parnopio sacra fecisse, siue à  
mure qui apud Aeoles πᾶγοπιῶν dicitur: si-  
ue à culicibus, qui sic apud Bœotios nominan-  
tur. Pausanias Parnopium uocat, quod infestas  
agro Atheniensi locustas, hoc est πᾶγοπᾶς,  
de regione propulsauerit. Similiter appellatus  
est σαυροκτόνος, id est lacerticida. Huius sic  
meminit Plin. Fecit, inquit, Praxiteles & A-  
pollinē puberē subrepentē, lacertæ cominus  
sagitta insidiantem, quē sauroctonon uocat.  
Erat & Spodius Apollo, ab hostiarum cineri-  
bus, à Thebanis sic nuncupatus: & πόλις,  
cui Thebanos priscis temporibus taurum im-  
molasse

molasse, Pausanias autor est. fortassis ἀπὸ τῶ  
αἰῶν sic dictus, quod pulchrū et album, autore  
Hesichio, significat. Nam ipse fingitur imber-  
bis, & λόγο capillitio, hoc est ἀκαπλόμυς, ut  
uocat eum Pindarus: siue Intonsus, ut Horat.

Intonsum pueri dicite Cynthium.

Certè à pulchra cæsarie Græcis χρυσόκο-  
μος, Latinis auricomus appellatus est. Notissi-  
mum est illud de Dionysio, qui dicebat nō con-  
uenire, ut Aesculapius filius barbatus esset, cū  
pater barba careret. Illud uero omittendum  
non est, ueteris instituti fuisse, ut Apollo ante  
ianuas coleretur, tanquam Alexicacos. Inde q;  
Thyreum, & Prostatarium, quod ante ianuas  
statueretur: & πρὸς ἱερῶν, quod ueluti præin-  
tueretur, dictum esse. Acron ad hunc locum  
Horatij,

Dauniæ defende decus cæmænæ

Læuis Agyleu.

Agyiæ, inquit, Atheniensi lingua uici diceban-  
tur, quo nomine Apollo ideo appellatus est,  
quia ex oraculi respōso in uicis publicis Athe-  
narum, statutis altaribus ei sacrificia institue-  
rant, Petrus Bēbus in principio libelli de Culi-

ce, cōtendit uersum Horatij corruptè legi, & pro Agyleu reponendum Agyeu. quod mihi quoq; probatur. Apud Aegyptios Apollo, qui sol illis erat, Horus uocabatur, ex quo & horas uiginti quatuor, quibus dies noxq; conficitur, quidam denominatas uolunt. Diodorus tamen Orum sine aspiratione scribit, dicitq; eum medendi ac diuinandi artem à matre Ifide edoctum, multum hominibus tum uaticinijs, tum medelis attulisse utilitatis. Habet alicubi Herodotus, in certamine Apollinis Triopij tripodas arcas uictoribus constitutos, quos tamen è sacro uictores auferre non poterāt, sed ipsi deo relinquere cogebantur. Diodorus autor est, Triopam solis filiū in Cariam nauigasse, promontoriumq; tenuisse ab eo postea Triopum cognominatum. Hinc etiam fortè est Apollo Triopius. nisi potius sic dictus sit, quasi  $\tau\rho\iota\omicron\pi\omicron\delta\epsilon\lambda\mu\omicron$ , ab in signi prudentia. Meminit idem Diodorus Apollinis Telchinij, eumq; sic apud Lydios appellatum dicit. Strabo libro de cimoquarto, refert Rhoden prius Telchinim fuisse dictam, à Telchinibus hominibus maleficis & fascinatoribus, qui eam incolebāt. Vnde

de fortassis à loco uocatus est Telchinius: aut à Telechinibus Telechinius, quod quædam dum illi animalia & stirpes aqua stygia inaspera fascinarent, sic Apollo quoties iritaretur, immissa peste homines et pecora perderet. Nā & Libystinus cognominatus est, propterea quòd, cum Libyci Siciliam deprædaturi classem ad Pachynum Siciliae promontorium appulissent, inuocatus à Siculis pestem hostibus immisisset, omnes que ad unum penè repentina morte intercepisset, quemadmodum refert Macrobius. Plutarchus in Theseo memoriae prodidit, singulis annis mense Iunio, quem Athenienses Boedromionem uocant, sacra Boedromia in memoriam reportata à Theseo de Amazonibus uictoriae celebrari consueta, à quibus Apollinem Boedromionem uocatum crediderim. Huic enim sacrificasse Theseum, priusquam prælium confereret, idem Plutarchus est autor. Certè Pausanias scribit, Thebis Boedromionem Apollinem Pindari esse dicationem. Apud eundem Pausaniam legitur, Philoctetem in Italiam delatum, cū erroribus suis finem statuere

P a uellet,

uellet, construxisse templum Apollinis cogno-  
mento Halæi, ibiq; arcum & sagittas deposuis-  
se. Dicitur quoq; est Thelmissus à filio Thel-  
misso, quem ex Themistone filia Zabij Hyper-  
boræorū regis sustulerat: & Carneus à Car-  
no uate, quem quidam Ales nomine interfece-  
rat. Fuit autem Carnus ex Heraclidis unus.  
quare deus iratus pestē immisit, neq; prius pla-  
cari potuit quā ex oraculo Carneum Apollī-  
nem colere cceptum esset. De hoc plura Pau-  
sanias. Vocatus est præterea Ptous, à Ptoō A-  
thamantis & Themistius filio: uel à Ptoō mon-  
te, ubi certissima reddebat oracula: & Cil-  
leus, à Cilla loco nō procul à Thebis: et Mar-  
marinus, à Marmario loco prope Caristum: et  
Telphusius, à fonte Bceoniæ Telphusa, ex quo  
aquā cum bibisset senex Tiresias, propter eius  
ingens frigus repente expirauit, atq; ibi sepul-  
tus est: & Epidelius, ab Epidelio uico, qui est  
iuxta Maleam Laconia promontorium, ubi tē-  
plum habebat. Nam post Deli euerisionem cū  
barbarus quidam Apollinis simulachrum per  
contumeliam in mare proieciisset, posteaq; ad  
Peloponnesi littora peruenisset, à Laconibus  
magna

magna ueneratione susceptum est, uocatusq;  
est Apollo Epidelius, quasi ex Delo aduectus.  
Sed & alia sortitus est cognomina à locis alijs.  
Nam Cynthius appellatus est à Cyntho mō-  
te aspero & sublimi, qui Delo imminet. Vergi-  
lius Ecloga sexta,  
Cum canerē reges & prælia, Cynthius aurē  
Vellit, & admonuit. —  
& Patareus, à Patara Lyciæ ciuitate maxima.  
Horatius,

— Qui Lyciæ tenet

Dumeta, natalemq; syluam  
Delius, & Patareus Apollo.

& Thymbræus, à Thymbra cāpo Troiæ pro-  
pinquo. Vergilius in 3. Georgicorum,  
Si modo quem perhibes, pater est Thymbræus  
Apollo.

& in tertio Aeneidos,

Da propriam Thymbræe domum, da mœnia  
fessis.

Vbi Seruius dicit, Thymbram locum esse Illo  
proximum thymbra plenum, in eoq; Achillē  
à Paride interfectum. Scribit Dioscorides,  
thymbram herbam esse, quæ nascitur locis a-  
speris

sferis & saxosis, quæq; folia habet similia thymo: à qua herba potius quàm à cæpo, ple-  
riq; uolunt Apollinem Thymbræum appella-  
tum. Aiunt autem herbam illam facere homi-  
nes ad Venerem proniores. Dicitur est & A-  
ctius, ab Actio promontorio, ubi templum ei  
dicatum erat, & circa quod memorabile illud  
Actiacum prælium commissum fuit, in quo  
Cæsar Augustus Antoniū et Cleopatram naua-  
li pugna superauit. Vergil, in clypeo Aeneæ,  
Actius hæc cernens arcū intendebat Apollo.  
Strab. libro septimo autor est, ludos Actios in  
stir Olympiorum singulis lustris in honorem  
Apollinis Actij celebrari consuetos, eorumq;  
curæ Lacedæmonios præfectos. Palatinū ue-  
rò Apollinem ipse Augustus in palatio, ubi ha-  
bitabat post Aruspicum respōsa consecrauit,  
eiq; ædem construxit porticibus & bibliote-  
ca latina græcæq; ualde celebrem. Vnde est  
illud apud Horatium,  
Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo.  
Memoriæ autem proditum est, in eo tēplo fuis-  
se columnam quandam quinquaginta pedum,  
dubium

dubium precio ne an pulchritudine nobilio-  
rem, cortinasq; aureas ab Augusto conflatis o-  
mnibus alijs imaginibus Apollini Palatino di-  
catas. Extat epigramma Græcum de Apolli-  
ne, ubi plura eius cognomina, seu potius e-  
pitheta iuxta seriem elementorum posita re-  
peries, quæ breuitatis studio præmittere uo-  
luimus.

## De Mercurij cognominibus.

## CAPVT V.

**S**Cribunt nonnulli, Mercurium à merci-  
bus ita fuisse cognominatum, quòd merca-  
toribus præsideret, atq; ab his præcipuè cole-  
retur, quemadmodum ipsemet apud Plautū te-  
stis est, his uerbis:

Vt uos in uostris uoltis mercimonijs  
Emundis, uendundisq; me lætum lucris  
Afficere, atq; adiuuare in rebus omnibus.  
Hinc à Græcis appellatus est modò *λεποιδος*,  
q; lucro præesset, et damnū minimè amaret: mo-  
dò *εμπολαϊος*, quasi dicas negotiatorē, unde  
cū marsupio pingebatur: modò *διόλιος*, q; esset  
egregius mentien- di artifex: modò *ἀγοραϊος*, q;

in medio foro simulachrū eius locari soleret. est enim eminentium & uendentium deus, & res uenales ut plurimum in foro exponi consueuerunt. modo Triphonius, quod (ut inquit Boccatius) mercatores sese ad mores quarum cunque nationum accommodare norint. ut sit quasi τριφώνιος, ὅτι τὸ τριφώνιον. Cicero Triphonij meminit in tertio de Natura deorum. Suidas tradit eum & ἑλδῶτα uocatum, id est furem. Erat enim & furum deus, ipse fur maximus. quippe dicitur adhuc in cunis uagiens Apollinis sagittas interuertisse. Malūt alij dictum Mercurium, quasi medium currentem, quod sermo currat inter homines, uelut medius: ideoq; à Græcis ἐμῶν nūcupatum. Docuit enim Græcos, ut autor est Diodorus, uerborum interpretationem. Vnde etiā dictus est à nostris Interpres, ut apud Vergilium in 4. Nūc etiā interpres diuūm Ioue missus ab ipso, & paulo pōst.

—nunc & Ioue missus ab ipso  
Interpres diuūm fert horrida iussa per auras.  
Quanquam alio loco Diodorus scribat, Interpretis cognomen assumpsisse, non quod nomi-

nominum aut orationis inuentor fuerit, sed quod diligentior esset in referendis mandatis, quàm ceteri. Eodem uergunt quæ scribit Plato in Cratylo: ἐγὼ δὲ, inquit, ad sermonem pertinere uidetur, quod ἐμῶν sit et nuncius, & in loquendo seductor, & uehemens concionator. Compositum est nomen ab ἐγῶν ἰγῶν ἰσῶν, id est ab excogitatione dicendorum. Boccatius autor est, Philonem ex filia Proserpina, quam in balneis conspexerat, sustulisse Mercurium. & cum uellet eum exponere, cōsultum quendam Mathematicum respondisse Philoni puerum futurum maximum rerum diuinarum interpretem, unde seruatum à patre, & diligenter educatum, Hermetem uocatum fuisse. Cumq; adoleuisset, in Aegyptum secessisse, atq; ibi paucis annis sic in omni disciplinarum genere profecisse, ut propter multarū rerum scientiam omnibus esset miraculo, iamq; non amplius Hermes, sed Trismegistus, id est ter maximus appellaretur. Sed ex his Boccatij uerbis satis constat, Hermetem Trismegistum aliū fuisse à Mercurio Iouis & Maiæ filio, deorum nuncio, de quo hic agimus. Quin & Suidas

das scribit, Hermen hūc Trismegistum Aegyptium, sapiētem uirum, de diuina Triade corā Pharaone multa Euangelicæ ueritati consona differuisse. Mercurium autem Græci ab eloquendi facultate λόγιου appellarunt, & Δυκέλορα; quod per orationem animi nostri sensus alijs declaremus. quo fit ut sacræ ei essent linguæ. Figurabant eum alatum, quod oratione nihil sit uelocius. Vnde & Homerus ἐπεὶ πρὸς ἄνθρωπον ἠγόρευε uocauit. item iuuenili facie, quod nunquam senescat oratio. Sed & eum tetragonum faciebant, ὄνομα τῶν τετραγώνων ἑστῶν ἀληθῆς λόγου, inquit Suidas. Vocabant & eum γυόλιου καὶ ἡγεμόνιου, quod in omnibus actionib. duce utamur oratione; uel potius quod ipse in uijs erigeretur. et itinerum dux putaretur. Nā in omnibus triujs imago tricipitis Mercurij cū hac inscriptione, Quo ducit hæc uia? quod illa? poni solebat. Hinc autore Suida, Græcis τρικέφαλος dictus est. Sed & Latini statuas illas, quæ in agris iter uiatoribus demonstrant, Mercurios uocant. Alij τρικέφαλος cognominatum malunt, quod nunc in cælo, nūc in terra, nūc apud inferos uersaretur; quodq; esset,

ut inquit Horatius, superis deorū gratus & i-mis. Appellatus est & ἡρόνιος, quod ante templum Apollinis Ismenij unā cum Pallade staret. & σφοδαῖος, quod ianuarū custodiæ præsideret, hoc est ὁ περὶ σφοδαῖου ἢ ὑπάτος ἰδίου ἡρώς, ut inquit Hesichius. Ideo autem pro foribus ædium constituebatur, ut cum ipse fur esset, alios fures obseruaret, eosq; post hostia latitantes domo propelleret, quemadmodū ipsemet ostendit apud Aristophanem in Pluio his uerbis: πρὸς τὴν ὑπάου σφοδαῖου ἰδίου σαδῶ με. ἐπανομία ἢ ἔσται ἐρμῆς, πρὸς τὸ εὖ τῆς ὑπάου ἰδίου ἂν φυλάξῃ τῶν ἀλλοῶν κλεπτῶν. ἔτι γὰρ ὁπίσω τῶν ὑπάου εἰσάσαι ἢ ἀεὶ δὲ δῆ, ὅτι ὅλος παντογενῆς. Macrob. lib. 3. Saturn. scribit, Thuscōs appellasse Mercuriū Camillū, eoq; uocabulo significasse præministrū deorū. Hoc enim antiquis sonasse, qui ministros ministrasq; flaminum Camillos & Camillas appellabant. & Pacuuium usum esse hac uoce in ea significatione, quum de Medea loquens, Cœlitū, inquit, Camilla expectata aduenis. Plutarchus in Numa refert, Græcos scriptores Mercuriū ab obsequio Camillū appellasse.

sicut puer qui in templo Iouis ministrabat, Camillus dicebatur. Aiunt autem Mercurium etiam unâ cum Hercule in palæstris cultum, & non solum corporis vires, sed etiam ratio in palæstris necessaria sit: ideoq; eū ἑρμῆος νῦν nuncupatum. Fuit & Argiphontes appellatus post interfectum à se Argum, quem Iuno Zelotypa custodiendæ Inachi filia iam in bouem trāsformata præfecerat: & Harpedophorus, quod gladio hamato, quem Harpen uocant, in Argi nece usus fuisse dicatur. Macrobius aliam adfert causam, cur Mercurius Argiphontes dictus sit, & hanc latissimè persequitur Boccatius. Pausanias autor est, apud Tanagræos duo fuisse Mercurij templa, alterū ἑρμῆος, quod in prælio aduersus Eubæos gesto pro eis dimicauerit: alterum ἑρμῆος, quod humeris circū muros arietem gestans pestem sedauerit, atque in eius rei memoriam diu mansisse consuetudinem, ut circū muros pulcherrimus iuuenis gestaret humeris arietem. Quemadmodum autē apud Tanagræos simulacrum erat Mercurij tergo portantis arietē, ita eū Aegyptij canino capite effinxerant, Anubin uocantes, ut apud

Vergil.

Vergil. — & Iatrator Anubis.  
 Dicitur est & ἑρμῆος, quod ante ceteros deos ouium greges maximè custodire & augere crederetur. Meminit Pausanias & Mercurij Polygij, cui dicit Herculem clauam consecrasse, eamq; paulo pōsti iterū pullulasse, quod esset ex oleastro. Habuit et Mercurius aliqua cognomina à locis in quibus colebatur. Nam Acacesius uocatus est, non quod arceat et propulset mala (sic enim Apollo tunc dicitur) sed ut ait Pausanias, ab Arcadiæ oppido, quod Acacesium dicebatur: & Nonacrites, à Nonacria Arcadiæ ciuitate: & Cyllenius, à Cyllene monte, omnium qui sunt in Arcadia altissimo, ubi Maïam Mercurium peperisse uolunt. Vergilius in octauo,  
 Vobis Mercurius pater est, quē candida Maïa  
 Cyllene gelido conceptum uertice fudit.  
 Tradunt alij dictum Cyllenium, quod solitus sit effingi quadratus, eminente tantum capite, reliquo corpore non expresso, sed rudi. Quī autem manibus carent, à Græcis κῆρυξ, id est trunci nominantur. Iuuenalis: (mæ.  
 Nil nisi Cecropidas, trūcoq; simillimus Her-  
 Sunc

Sunt et qui à genis eū Cyllenū uelint appellatū. eas enim Græci cylladas uocant, quibus præest Mercurius autor somni. Claudianus

—Cyllenius astitit ales,  
Somniferam quatiens uirgā, tectusq; galero.

## Decognominib. Martis.

## CAPVT VI

**M**Arcus Varro dicit Martem ideo uocātū, quod maribus in bello præsit. Hic sæpius appellatur à poetis Mauors, ut apud Vergiliū,

—an tibi Mauors

Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis,  
Semper erit?

Et dictus est Mauors, quod mares uoret: uel potius, ut uult Cicero, quod magna uor-  
tat. Creditus est frater Bellonæ, ideoq; uocatus est *Μαυόριος*, ab *Μαύω*, id est Bellona, belli dea. et quia potissimū deletatur sanguine hu-  
mano, à Græcis nominatus est *αἰμοχαιῆς*, à Latinis sanguineus. Vergilius,  
Sanguineus Mauors clypeo increpat.  
Pausanias dicit eum *Μαυόριος* quoq; nūncupa-

tum

tum fuisse, non à *Μαυόριος*, quam Martis fuisse nutricem memorant, sed quod oporteat uirum bellacem in prælio constitutum, non amplius mitem esse ac clementem. Liuius scribit in primo, Numam Marti Gradiuo Salios legisse. Martis Gradiui meminit etiam Vergilius in

tertio Aeneidos,  
Gradiuūq; patrē, Geticis qui præsidet aruis.  
Dicunt ei cognomen hoc tributum à Thracibus, quod in bello ultro citroq; gradiatur: licet sint qui Gradiuum à gramine, a quo ortus est, deriuent. Ferunt enim lunonem iratam, quod Iupiter sine mulieris concubitu Mineruam genuisset, et ipsam absq; uiri commistione tactu cuiusdam herbæ quæ ei Flora dea commonstrauerat, Martē peperisse. indeq; à Græcis dictū *αἰμώροχος*, quasi natū sine patre. Alij Gradiuū à *Μαυόριος* *Μαυόριος* deriuant, q; uibrare significat. Pausan. refert in mōte Cresio tēplū esse Martis *αἰμώροχος*. Quū enim Mars Aeropen Cephei filiā cōpresisset, et illa dolore partus interisset, infantē matri defunctæ diu inhæsisset, et ex eius mammis multū ac copiosum lac exiisset, omniāq; Martis nutu facta esse, et ideo ho-

tum

rum causa Martem Aphnaum nuncupatum.  
Apud eundem auctorē legitur, Martem γωαι  
ἰθόβοιαι appellatum fuisse, quod Tegeatis qua  
dā mulier uidua unā cum cæteris mulieribus  
Lacedæmonios infidels superarit, eorumq; du-  
cem Charilaum captiuum Tegeam duxerit.  
Augustus uerò Imperator ædem Marti Vltori  
in foro prope Veneris templum dicauit. Oui-  
dius in quinto Fastorum,

Vltor ad ipse suos cælo descendit honores,  
Templaq; in Augusto conspicienda foro.  
& alibi,

Stat Venus Vltori iuncta uiro ante fores.  
Eam autem ædem uouit Augustus bello Philip-  
pensi, quod aduersus Brutum & Cassium su-  
scepit, ad ulciscendam mortem Cæsaris auun-  
culi. Coluerunt & Romani, ut auctor est Ser-  
uius, Martem Quirinum inira urbem, quasi  
custodem & tranquillum. Dicitur à Græcis  
hic deus ὁ ἀρῆς, ob masculam uirilitatem. nam  
τὸ ἀρῆς masculum sonat: uel potius, ut uult  
Suidas, à uerbo ῥῶ, q̄ in futuro habet ῥήσω,  
ῥῆς. nā adiecta prinatiua particula α, fit ἀρῆς,  
quasi sive loquela, q̄ τὸ πολέμῳ γὰρ ὁ λό-  
γῳι.

γῳι, ἀλλὰ ἔργῳ γῆρα. res enim non uerbis,  
sed manibus in bello conficitur.

## De Vulcani cognominibus.

CAPVT VII.

**V**ulcanus & ipse unus ex maiorum gen-  
tium dijs, Latinis ita dictus est, auctore  
Marco Varrone, quòd ignis propter splendo-  
rem fulgeat: uel, ut scribit Seruius ad octauū  
Aeneidos, appellatur Vulcanus, quasi Volica-  
nus, quod per aerem uolitet. ignis enim è nubi-  
bus nascitur. Vnde & Homerus dicit eum de  
aere præcipitatum in terras, quod omne fulmē  
de aere cadat. Hinc quidam, licet alioqui ma-  
lus auctor, dicebat Vulcanum appellatum qua-  
si uolantem candorem. Sunt & qui dictum ue-  
lint Vulcanum, quasi Βαλκίνα πνοῦ, id est uo-  
luntatis calorem, propter eum quem tantope-  
re cum Minerva expetiuit concubitum. Voca-  
tus est Mulciber, uel quod omnia mulceat ac  
domet: uel quod æra molliat, nullū enim me-  
talli genus est quod igne nō mollescat. Vel qua-  
si mulcens imbrem. nam cū nubes altiora pe-  
tunt, calore in pluuias resoluuntur. Sunt qui à  
mutilando dictum uelint, quòd ob claudita-

Q tem

tem sit mutilatus. Ouidius Mulciberi hoc uersu meminit,

Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

Poetae fabulantur hūc ignis esse deū, & ideo ab eis saepe dicitur ignipotens. Vergilius in 8. Haud secus Ignipotēs, nec tēpore segnior illo Mollibus ē stratis, opera ad fabrilia surgit.

Appellatur ab eodē poeta paulo post Lēnius, à Lemno insula, in quam à matre lunone, simulatq; natus fuit, præcipitatus fingitur.

Hæc pater Aeolijs properat dū Lemnius oris. Causa autē deiectionis huius fuit, summa infantis deformitas. Vnde quidam de Vulcano intelligunt uersus istos apud Vergilium,

— cui non risere parentes, (est.

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili  
Ab hac autem præcipitatione dicitur Homero Iliad. ὁ κωλονοτοδίων, id est claudicans, seu mācus. Diodorus Siculus scribit, Sesostrim regem, cum flammam saluus euasisset, tum ceteris dijs, tum Vulcano Liberatori uota persoluisse. Caelius quoq; autor est, Vulcanum à Memphis lingua patria dici Phtham, & à Grecis Aphtham, Lamblichus de Opifice rerū loquens,

quens, Quatenus sine mendacio peragit omnia, & artificiose simul cum ueritate, Phtham nuncupatur. Græci uero hunc Vulcanum nominant, artificiosum dumtaxat considerantes. Hūc deū Græci ἠφαισος uocāt, quasi φαισος ἰσοφα, id est luminis præsidem uel quasi luminosum, hoc enim significat φαισος. Ceterū quoniam huius dei pauca sunt cognomina, referā obiter q; de tēplo ipsius apud Aetnā Siciliae p̄mōtorū edificato, memoriae prodiū est. Tradūt enim ibi canes fuisse, qui delubrū ac lucū custodirent, eius naturæ, ut si aduentes puro intaminatōq; p̄ctore deum salutatū uenisset, illis cauda blandirentur, & ueluti aduentum gratularentur, tanquam talibus deus oblectaretur. sin uerò aliquis impuro corde accederet, procul aduentanti allatrarent, nec tēplum introire paterentur, ueluti si talis ingressu suo sacra prophanaturus esset. cuiusmodi canes templorum nostrorum custodes esse, pauci credo optarint hodie.

De Neptuno. Cap. VIII.

Cic. in 2. de Nat. deorū scribit, Neptunū dictū esse à nando, primis literis paulatim

lum immutatis. Alij malunt, ut Marcus Varro, sic appellatum esse à nubendo, id est tegendo. Hic quòd primus classem inuenerit, & nauigandi usum introduxerit, deus maris ce ditus est. Vergilius,

—regiq; hæc dicite uestro,

Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,  
Sed mihi sorte datum.

Idem à Græcis nominatus est ποσειδάων, πηγαῖο τὸ πόδιον οὐρανίου, id est à soli concussione. uel, ut scribit Fulgentius, quasi ποσειδῶνος, quòd mare formet imagines in se spectantium, ut apud Vergilium in Eclogis,

Nec sum adeò informis, nuper me in littore  
uidi,

Cum placidum uentis staret mare: nō ego Da-  
phnin

Iudice te metuum, si nunquam fallit imago.

Vel quòd potū præbeat omnibus. πόσις enim potus est, & δισωμιδο. uel ut Plato uult in Cratylo, à ποσι, id est pedibus, καὶ δεσμεω, id est uinculis, quòd uinculū habeat in pedibus. Euntem enim ipsum maris natura detinuit, neque ulterius progredi fuit, sed quasi uincula  
pedibus

pedibus eius imposuit. Seruius super illud in secundo Aeneidos,  
Neptunus muros, magnòq; emota tridenti  
Fundamenta quatit,  
Neptuno, inquit, fundamenta cōsecrata sunt, cuius arbitrio mouētur. unde ἡννοσίχθων uocatur, id est terram mouens. Eadem ratione dicitur γαίωχος, καὶ ἀσφάλιος, καὶ ἡννοσίχθων, καὶ σεισίχθων, id est ut nonnulli ad uerbum transferunt, Terriquaesor, & Tellurimotor. Plutarchus in Theseo refert, octauum quēq; diem singulorum mensium, Neptuno quondā fuisse consecratum. octonarium enim numerum, cum geminum quadratum in se cōtineat, stabilitatem & immobilitatem dei potentiae significare. Vnde, inquit, nos Neptunum ἀσφάλιον, καὶ γαίωχον, id est firmum & minus errantem, ac terram continentem appellare solemus. Herodotus Neptuni σῶτῆρος obiter meminit, sed cognomen illud omnibus dijs cōmune esse potest, quorum proprium est seruare. Nos uerò appellationem istam multo iustius CHRISTO tribuemus. Immò illi soli, non ulli alij conuenire, ex sacris literis omnes  
didicimus,

didicimus. Dicitur est Neptunus Saturnius à  
Vergilio in 5.

Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.  
Sed habet cognomen hoc commune cum Ioue  
fratre, & Iunone sorore, ut apud eundem poe-  
tã in fine 4. Aen. — iã iam nec maxima Iuno,  
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.  
Et eod. Talib. aggredit Venerẽ Saturnia dictis.  
Vocatus est præterea Hippius, & latinè Eque-  
stris, quod primus equos domuerit, artẽq; equi-  
tandi docuerit: uel quod equũ antea ignotũ tri-  
dẽtis ictu primus hominib. ediderit. Lucanus,  
Primus ab æquorea percussis cuspide saxis,  
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen  
Exilit, & Vergilius in 1. Georg.

— tuq; ò cui prima furentem

Fudit equum magno tellus percussa tridenti,  
Neptune.

In huius rei memoriam nono quoq; anno qua-  
tuor equos in mare proijciebant. Sũt qui eque-  
strem eum nominatũ existiment, uel quod Pe-  
gasus, aut, ut alij uolũt, Arion equus uelocissi-  
mus ex eo natus sit: uel quod equuleus loco e-  
ius patri Saturno suppositus fuerit, quem ille  
pro

pro Neptuno deuorauit. Pausanias autor est,  
cum Neptunus Cererem deperiret, & illa in  
equam se uertisset, deum etiam in equum transf-  
formatum, atq; ita equam iniisse: hincq; Ne-  
ptunum apud Arcades primum Hippium co-  
gnominatũ. Idem scribit, Hippij Neptuni tem-  
plum fuisse ad Halesium montem Mantinæ:  
hocq; ingredi qui uolebat, in primis cauere de-  
buisse, ne filum, quod templi ædificatores adi-  
tui opposuerant, ullo modo frangeret: alioqui  
futurum, ut undarũ insperione mox occæ-  
retur, pauloq; post decederet. quod quia non  
nullis euenerat, Hadrianum Imperatorem iu-  
xta uetus illud, templum nouũ extruxisse, cu-  
stodesq; adhibuisse, qui non sinerent in uetus  
quengquam inspicere. Hic autẽ Neptunus Hip-  
pius, alio nomine Consus uocatur. Eundem e-  
nim & Equestrem & Consus esse uolũt. Por-  
ro nomen hoc ei tributum est, quod consilijs  
præesse credatur. et qã cõsilia tecta et occulta  
esse decet, idcirco tẽplũ habebat subterraneũ,  
ad q; dabatur tantũ accessus. cũ equestria certa-  
mina celebrabantur. nam reliquo anni tempo-  
re claudabatur. Illud uulgatiss. est, Romulum

simulatis in honorem Equestris Neptuni Con-  
sualib. ludis, dato suis signo uirgines Sabinas  
rapuisse. Ouid in 3. Fastorum.

Festa para Conso, Consus tibi cætera dicet.  
Aunt eum Genethlium quoq; fuisse appella-  
tum. Sed et Iupiter hoc cognomine dictus est,  
quod ei incumbat cura gignendorum libero-  
rum. Vocarunt etiam eum  $\omega\tau\epsilon\gamma\alpha\acute{\iota}\omicron\upsilon\mu$ , quod o-  
lim super saxo consopitus urinam profuderit  
genitalē, ex qua natus fuit equus primus, quē  
dixere  $\sigma\kappa\upsilon\phi\iota\omicron\upsilon\gamma$ : uel quod disiectis Thesalicię  
montibus per ipsos Peneum deduxerit, cum  
antea per urbem flueret, & agros plerosq; ua-  
staret. Erat præterea à Træzēnijs extra mu-  
ros templū Neptuno Phytalmio erectū, quod  
eorum precibus motus non amplius aquam sal-  
sam frugibus inspergeret. Hesichius idem co-  
gnomen Ioui tribuit, & certē Iupiter à poetis  
subinde appellatur hominum sator atq; deorū.  
Nam  $\phi\upsilon\sigma\epsilon\upsilon\gamma$  idē est quod sero, seu planto. Pau-  
sanias scribit, cum Inachus cæteri q; iudices  
Argiuum agrum Iunoni, non Neptuno adiudi-  
cassent, ipsum iratum regionem aquis obduxis-  
se: & cum Iuno ab eo impetrasset, ut unda rece-  
deret,

deret, Argiuos unde fluctus retrocessisset, Ne-  
ptuno  $\pi\epsilon\kappa\lambda\upsilon\sigma\iota\omega$  templum cōstruxisse.  $\pi\epsilon\sigma\kappa\lambda\upsilon\zeta\omega$   
enim inundo significat. Eodem autore  
dictus est Onchesius, ab Onchesto ciuitate,  
iuxta quam Sphynx erat. Appellatur & Pro-  
pertia Tænarius. Tænarus enim oppidi, por-  
tus, & promontorij nomen est, ubi Neptunus  
præcipua ueneratione habebatur. Dixerunt  
ueteres, per Tænarum descensum esse ad infe-  
ros. hinc Vergilius,

Tænarias etiam fauces, alta hostia Ditis.  
Cognominatus est & Heliconius, non ab He-  
licone fonte decantatissimo, sed ab Helice ciui-  
tate, ubi positum ei templum erat. Strabo libro  
8. refert totam Helicē, unā cū Heliconij Ne-  
ptuni templo diluuij instar miserē à fluctibus  
absorptam, eamq; cladem ob iram Neptuni ac-  
cidisse. Nam cum Iones ex Helice profugi, le-  
gatis sæpius missis ab Helicēsibus neq; Neptu-  
ni statuā, neq; sacra impetrare potuissent, iratū  
deum proxima hyeme urbem ipsam toto cū lo-  
co aquarum inundatione obruisse. Illud uerò  
prætereundum non est, quemadmodum à cer-  
taminibus Iupiter dictus est Olympius, & A-  
pollo

pollo Pythius: ita & Neptunū ab Isthmijs ludis, qui singulis lustris in Isthmo Corinthiaco celebrari magna pompa consueuerāt, Isthmiū cognominatum fuisse. Cæterū quemadmodū constans opinio est, Olympica ab Hercule in honorem Iouis primitus instituta: ita Plutarchus autor est, Theseum æmulatione Herculis Isthmia Neptuno primum instituisse. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem constitutū est, noctu agitari, iniciani magis, quàm spectaculi aut celebritatis speciem præ se ferens.

Finis libri primi.

IULIANI AVRELII LESIGNIENSIS, de Cognominibus deorum Gentilium,

LIBER II.

De Iunone, Cap. I.



Vperiore lib. enumerata sunt eorū deorū cognomina, qui inter deos maiorum genti mares habentur. Superest nūc similiter referamus, quæ cognomina indita sint & maio

maiorum gentium deabus. Et quia Iunoni inter illas principatum tribuerunt, ab ea inchoandū est. Est autem Iuno à iuuādo dicta, quemadmodum & Iupiter: uel à ianua, (ut uoluit quidā, quasi Iano) quod maritis & nascituris ianuam pandat. Ipsa enim nubentibus & parientibus præesse dicitur, unde & uaria ei cognomina attributa sunt. Appellata enim est Interduca, & Domiduca, quia ueteri ritu sponsas ad sponfos ducere prima nocte conueuerant: & Vnxia, quia mos erat uirginibus, priusquam sponforū limina trāsgrederentur, postes eorū laneis uittis ornare, & oleo perfricare. Item & Socigena, quod mulierem uiro societ: & Iugalis, à coniunctione maris & feminae, ut apud Vergilium hoc uersu, Ne cui me uincolo uelle sociare iugali.

Et hoc,

Iunoni ante alios, cui uincla iugalia curæ. Vbi Seruius, Iunonem nominatam dicit iugalē à iugo, quod imponebatur matrimonio coniungendis. simili de causa dicta à Græcis Gameia, & à Latinis prohuba, Vergilius in quarto Aeneidos,

—prime

—prima & Tellus, & pronuba Iuno,  
Dant signum.

Est et γαμήλιος Iouis epitheton, quod ei quoque nuptiæ curæ sint. Certè apud Quintilianum Coniugales dii pro Ioue & Iunone accipiuntur. & Plutarchus commemorat quinque deos nuptiis præsidentes, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Leporem, & Dianã. Erat & sextus, uel præcipuus Hymenæus, ut apud Catullum in Epithalamio,

Huc ades, ô Hymenæe Hymen, ades ô Hymenæe.

Quemadmodum autè ex eo quod nuptiis præposita erat, uarijs nominibus appellabatur: sic ex eo quod parturientium dea credita est, multa quoque habuit cognomina. Dicta enim est Matriona, quòd his præsit mulieribus, quæ aptæ sunt conceptui, idoneæque; ut matres fiant: & Populonia, quòd ex maris et fœminæ cõmistiõne noui subinde populi creentur: & Fluona, quòd mulieres eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putarent, uel quòd eam menstrua fœminarum singulis mēsis sistere crederent. Augustinus deam quæ menstruis fluoribus

ribus præest, Menam uocat. & Februam, à febris, id est purgationibus, quòd feminas post partum secundis exeuntibus, purgare putatur: & Opigena, quòd opem laborantibus in partu præbere crederetur: & Lucina, à luce, quam infantibus simulatque nati sunt, impartiri dicebatur, uel à luco qui fuit ad radices montis Exquilij, ubi templum habuit antiquissimũ.

Ouidius in 2. Fastorum,

Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus.

Aut quia principium tu dea lucis habes.

Hanc deam in partus discrimine ac difficultate inuocari solitam, autor est idem Ouidius in 3. Fastorum,

Dicite, tu nobis lucem Lucina dedisti:

Dicite, tu uoto parturientis ades.

& Plautus in Aulularia,

Perij mea nutrix, obsecro te, uterus dolet:

Iuno Lucina tuam fidem.

& Terentius in Andria,

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.

Notandum autem, Græcos etiam Dianam uocasse Lucinam, eiq; parturientium curam tribuisse, quòd ipsa antè nata matri Latonæ Apolline n

linem enitenti obstetricis officium præstiterit.  
Vergilius hoc uersu,

Casta fane Lucina, tuus iam regnat Apollo:  
Proculdubio de Diana, non lunone intellexit.  
Certè Cic. cum scribit templum Dianæ Ephesiæ  
idcirco arsisse, quod ipsa in partu Olympiadis adesse  
se uoluisset, satis indicat et ipsam Dianam parientibus  
præfuisse. Itè et Horatius hoc carmine,  
Montium custos, nemorumque uirgo,  
Quæ laborantes uero puellas  
Ter uocata audis.

Causam reddunt physici, quia Diana eadem  
est cum Luna, quæ plurimum confert ad parien-  
dum, ut cuius proprium munus sit rimas corpo-  
rum distendere, et meatibus uiam dare, quod  
est accelerando partui admodum salutare. In-  
uocabant et matronæ in simili necessitate Lli-  
thyiã, quam ex Hyperboreis ad Latonam par-  
turientem in Delon uenisse, Pausanias autor  
est. Ab hac dea omnes sub quarum potestate  
sunt parturientes, dicuntur Lthyiæ. Meminit  
Horat. in carmine Seculari,  
Rite maturos aperire partus  
Lenis Lthyia, tuere matres,

Sive

Sive tu Lucina probas uocari, seu genitalis.  
et Ouidius in 9. Metamorph.

— faueant tibi numina saltem,

Corripientque moras, tunc cum matura uocabis  
Præpositam timidis parientibus Lthyiam.  
Non solum autem luno a parientibus, sed etiã  
ab omnibus ægrotantibus implorabatur. Un-  
de etiam Sospita appellata est, ut quæ seruandi  
potestatem habere credita sit. Ferunt Aristote-  
lem Nicanore genero ægrotante duas statuas  
uouisse, si Nicanor incolumitatem reciperet:  
alteram Ioui Seruatori, alteram Lunoni Sospitæ.  
Cornelius Consul aduersus Insubres di-  
micaturus, uouit in principio pugne Lunoni  
Sospitæ templum, si Romani sospites domum  
redirent, et hostes in fugam uerterentur. A-  
iunt autem deam hanc, cum adhuc uirgo esset  
ac puella, Ἰσπὴν appellatam: et postea quam  
Ioui nupsisset, Τελειὰν, id est adultam: et cum  
dissideret a Ioue, ac rursus Stymphalon, ubi a  
Temenio educata fuerat, repetere uellet, Ἰσπὴν  
id est uiduã. et quoniã inter ceteras deas  
principem locum obtinere putabatur, uocata  
est Λατὴ Ἰσπὴν, luno magna, Vergilius,  
Luna

Iunonis Magnæ primum prece numen adorâ.

Et Ovidius in Fastis,

Monte sub Exquilio multis incidiuus annis

Iunonis Magnæ nomine lucus erat.

Hinc est quod etiam Vergilius eam appellat Re-  
ginam deorum,

Ast ego quæ diuûm incedo Regina.

Et alibi uocat eam Bonam,

Adsit lætitiæ Bacchus dator, et bona Iuno.

Dicta est præterea Curitis, uel à curru quem  
habuit, ut apud Vergilium,

— hic illius arma,

Hic currus fuit. —

Vel potius ab hasta, quæ Curis lingua Sabino-  
rum dicebatur: ut apud Ouidium,

Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis:

nam omnes propè Iunonis statuæ hastis inni-  
xæ cernebantur. uel quod omne esset fortium ui-

rorum gignendorum: hasta enim uiri strenui  
donabantur, et captiui sub ea uendebantur.

uel quod uiolenta fuissent prima cõubia: uel  
ut discerent uxores uirilem ornatum, et mini-

me effeminatum amare. Vocata quoq; est Mo-  
neta, à monendo, Cum enim ingens terræmo-

tus

tus accidisset, ferunt in arce ex æde Iunonis  
uocem auditâ, quæ monebat, ut ipsi plena pro-  
curatio fieret, et ab ea monitione deam Mone-  
tam nuncupatam. Cicero in 1. de Diuin. Atq;  
etiam scriptum à multis est, cum terræ motus  
factus esset: ut sue plena procuratio fieret, uo-  
cem ab æde Iunonis ex arce extitisse. quocirca  
Iunonem illam appellatam Monetam. Et in se-  
cundo: Quod de Moneta dici potest, à qua  
quid unquam præterquam de sue plena moni-  
ti sumus? Alij autores sunt, Camillum aduer-  
sus Gallos Senones decertaturum, cum deorû  
quoq; auxilium implorandum censeret, ædem  
Iunoni Moneta uouisse, finitoq; bello Senatû  
ad eam pro magnitudine populi Romani con-  
struendam diuuiros constituisse, locumq; in  
arce destinatum, ubi quondam fuerat domus  
Manlij Capitolini. cui sententiæ astipulatur  
Ovidius in Fastis,

Arce quoq; in summa Iunoni templa Moneta,  
Ex uoto memorant facta Camille tuo.

Ante domus Manli fuerat, qui gallica quondã  
A Capitolino reppulit arma Ioue.

Valerius Maximus et Lactantius Firmianus,

R

alte-

alterius Iunonis Monetæ meminerunt, quæ prius à loco, ubi in præcipua ueneratiõe habebatur, Iuno Veïſus dicebat. Verba Valerij ſunt hæc: Captis à Fur. Camillo Veïſus milites iuſſu imperatoris ſimulacrũ Iunonis Monetæ, q̄ ibi præcipua religione cultũ erat, in urbẽ tralatu ri, ſede ſua mouere conabantur: quorũ ab uno p̄ iocũ interrogata dea, an Romã migrare uellet, uelle reſpõdit. Linius ſcribit Iunonẽ hanc, quæ ex Veïſus Romã translata eſt, in Auentino collocatã. ibiq; tẽplũ ei poſtea ab eodẽ qui uouerat Camillo dedicatũ. ex quo ſatis apparet, iſtã nõ fuiſſe eandẽ cũ ſuperiore. Suidas uerò ſcribit Iunonẽ nõcupatã idcirco Monetã, q̄ Romanos in bello quod aduerſus Pyrrhũ & Tarentinos geſerunt, ad rei nõmarie ſummã neceſſitatẽ redactos monuerit, ut ſimul cũ armis iuſtitia coleret. ita enim fore, ut illis pecuniæ nõ de eſſet. Refert Pauſan. Iunonẽ à Lacedæmonijs ἀρυφαῖον. id eſt Capriuorã appellatã. Hercule q; eã erexiſſe, q̄ Iuno ipſi aduerſus Hippocoontẽ pugnatũ nõ ſit aduerſata. Cognomẽ autẽ hoc ideo Hercules indidit, q̄ deficientibus alijs hoſtijs, capras ei primus maetauerit. Forſis etiam à capris, Caprotina dicta eſt. Marcus

cus Varro: Nonæ, inquit, Caprotinæ, quod eodie in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificant, & ſub capriſico faciunt, & è capriſico adhibet uirgam. Coluerunt & Plateenſes Iunonẽ Citheroniã, ut in cuius tutela ipſorũ ager eſſet, ut Plutarch. refert in Ariſtide. Meminit et Pauſanias Iunonis Buncæ, cui cognomẽ hoc à Bunone Mercurij filio tributũ tradit. Itẽ Iunonis Anthææ, id eſt floridæ: de qua nihil aliud memorabile prodidit, niſi q̄ ſcribit ante ipſus tẽplũ extitiſſe earũ mulierũ tumultũ, quæ ex inſulis in Aegeo poſitis, Dionyſio auxiliãtes in prælio aduerſus Argiuos et Perſeũ deſideratæ ſunt. Diodorus Sicul. ſcribit, apud Ialyſios et Camyræos Iunonem Telchiniam appellatam. Seruius ad illum locum Vergilij, Circæũq; iugũ queis Iupiter Anxuris aruis Præſidet, & uiridi gaudens Feronia lymphã, ait in Capania cultã Iunonẽ, quæ Feronia dicebat. Plutar. in Hãnib. refert, Feroniæ tẽplũ, q̄ erat ea tẽpeſtate opulentiſſ. à Pœnis direptũ. & Strabo autor eſt, eos q̄ Feroniæ numine afflãbatur, nudis pedib. ardẽtes prunas ſine ulla læſiõe pãbulãſe. Sed tamẽ uidet Feroniã aliã facere à Iunone, ſicut et Plutarch. Erat & Iuno

Gabina, à Gabinis religiosissime culta, ut apud Vergilium in 7. Aeneidos,

— quiq; arua Gabinae

Lunonis, gelidumq; Anienem, & roscida riuus. Ferunt autem in Samo insula Lunonem & natã et educatam, & ab ea Samiam nuncupatam. Vergilius de Carthagine loquens,

Quam luno fertur terris magis omnibus unã Posthabita coluisse Samo.

De templo Lunonis Samiae multa scribunt veteres. Referunt enim illud inter caetera orbis miracula propter eius & antiquitatem & sumptuositatem, in quo praeter alia multa uisebatur & simulachrum deae in habitu puellae nubentis figuratum. Nam ibi Iouis & Lunonis nuptiae celebratae dicuntur. Seruius ad hunc locum Vergilij in quinto,

— Attollit se duae Lacinia contra.

Templum, inquit, Lunonis Laciniae à cõditore, ut quibusdam placuit, dicitur: uel secundum alios, à latrone Lacinio, quem illic Hercules interemit, templumq; Lunoni condidit. Laetantius lib. 2. cap. 8. scribit, Fuluium censorem, cum ex aede Lunonis Laciniae marmoreas tegulas

aba

abstulisset, quibus templũ Fortunae equestris, quod Romae construendum curauerat, teget, & mente captum: & amissis duobus filijs, in Illyrico militantibus, summo animi dolore consumptum esse. Plinius refert, in ara Lunonis Laciniae sub diuo sita cinerem immobilem fuisse, perflantibus undiq; uentis. Idem autor est, Zeuxin tabulam quam fecerat, conspectis omnibus Agrigentinarũ uirginibus nudis, in templo Lunonis Laciniae posuisse. Dicitur autẽ graecè luno ñga, quae uox idem latine sonat quod terra, uel aer. Nam Lunonem phisici pro terra seu aere usurpãt. Vel autore Platone, quasi αγαρη, id est amabilis, propter amorem quo Iupiter in Lunonem affectus est.

De Diana. Cap. I I.

**D**iana dicta est (ut ait Cicero) libro secundo de Natura deorum, quod nocte quasi diem efficiat: uel (ut quidam alius uoluit) quasi diuana, quod Luna duobus temporibus noctu & interdiu appareat: uel à dios, quasi Iouiana: uel quasi Deuiana, quod uenatores in syluis deuianare soleant. Cicero libro de Natura deorum tertio, quo loco plures commemo-

R 3 rat

rat Dianæ, tradit Vpin tertie Dianæ patrem  
fuisse, deamq; à Græcis paterno nomine Vpin  
uocatam. Macrobius appellat eam Opin, per o  
literam, dicitq; Vergilium cognomen hoc non  
Dianæ, cum tamen ipsi proprium sit, sed uni  
ex comitibus eius tribuisse.

Velocem interea superis in sedibus Opin,

Vnam ex uirginibus socijs sacraq; caterua  
Compellabat. — & paulò post,

At Triviae custos iam dudù in montibus Opis.  
Nata dicitur Diana ex Ioue & Latona, unde  
& Latonia appellata est. Vergilius,

— & has tristis Latonia uoces

Ore dabat. —

Varro tamen facit eam filiam unius ex Titanibus,  
unde & Titanin dicit eam nominatam.  
Vocata est græcè ἀστεινίς, ἢ τὸ ἀστει-  
νὴς καὶ τὸ ἰοσμίου, καὶ ἢ ἀστέρας ἐπιθυ-  
μίας, id est, propter uirginitatem, & mode-  
stia, & uirginitatis constans propositū: uel ἄς  
τῷ ἀφορῶν μισοκόσμου τῷ ἀδελφῷ ἢ γυναι-  
κί, quod uiri & feminae coitum oderit. tamen  
si fabulentur eam concubuisse cum Endymio-  
ne & Pane. Vnde quidam,

Latmius

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori.

& Vergilius,

Munere sic niueo lanæ, si credere dignū est,

Pan deus Arcadiæ captam te Luna sefellit,

In nemora alta uocans, nec tu aspernata uocan-  
tem es.

Macrobius uult dictā ἀστεινίς, quasi ἀστέρο-  
μύω, quod Luna aerem secet. nam Dianā pro  
Luna capi, usitatissimum est. unde & Græcè  
τρίμορφος, καὶ τριόλιτις, καὶ τρικέφαλος,  
& latine Trivia, & Tergemina, & Triformis  
nūcupata est. Solet enim Luna in triplicem  
speciē sese conuertere. Malunt alij cognomi-  
na hæc ei tributa esse, quod ipsa tres facies seu  
tres uias, hoc est tria numina in diuersis locis  
habeat: nēpe in cælo, ubi Luna dicitur: et apud  
infernus, ubi Hecatesiue Proserpina nomina-  
tur: in terra, seu syluis, ubi Diana uocatur.

Horatius: Montium custos, nemorūq; uirgo,

Quæ laborantes utero puellas

Ter uocata audis, adimisq; letho,

Diuā triformis.

& Vergilius in quarto,

Tergemināq; Hecatē, tria uirginis ora Dianæ.

R 4 &

Et Prudentius contra Symmachum:

Deniq; cum Luna est, sublustri splēdet amictu.  
Cū succincta iacit calamos, Latonia uirgo est.  
Cum subnixā sedet folio, Plutonia coniu-  
x Imperitat furijs, et dicitur iura Megaræ.

Et quidam incertus autor,

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana:  
Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta.  
Marcus Varro dicit, Dianam appellatam Tri-  
uiam, eo quod ferē in triuio poneretur in oppi-  
dis Græcis: uel quod diceretur esse, quæ in  
cælo tribus uijs moueretur, in altitudinem, la-  
titudinem, et longitudinem. Ouid. in 1. Fast.  
Ora uides Hecates in tres uergentia partes,

Seruet ut in ternas compita secta uias.

Cōsueuerant autē in triuijs et quadriuijs in ho-  
norem Dianæ flebiliter uociferari, quod Ce-  
res amissam filiā isthō modo requisisset. Por-  
rò Hecate sic denominata est, uel quod centū  
uictimis placāda esset: uel quod centum annos  
errare faceret insepultos: uel propter Lunæ  
multiplicem uirtutē: uel propter coronas quæ  
multifariē circa Lunam conspiciuntur: uel ab  
ἠκέρω, id est sole, ut sit Hecate, sicut à Cyn-  
tho

tho Cynthia. Item κυνέφαλος, quia (ut in-  
quit Orpheus) tria habuit capita, dextrū equi-  
num, sinistrū caninum, medium suis agrestis.  
Cæterū quæ latinis Proserpina, græcis Per-  
sephone dicitur, de qua nonnihil in tertio lib.  
dicemus. Festus uero autor est, Dianam nō tri-  
uijs tantum, sed etiam uijs præfuisse. Hinc ap-  
pellata est τριούλια, καὶ τριούλια, καὶ τριού-  
λιος, καὶ τετραούλιος, καὶ τετραούλιος. Lunari e-  
nim lumine uia redduntur uiatoribus expedi-  
tiores, unde latinis Noctiluca nominata est.  
Dicta est quoq; Dictynna, propter radiorum  
splendorē, hoc est εἰς τὸ βάλλειν δεινὸν τὰς  
ἀκτῖνας. δεινὸν γὰρ, τὸ βάλλειν ἐστίν. Sed sic  
scriberetur in secunda per i, non u. quare me-  
lius alij ἀπὸ τῶν Δικτύων, id est à plagis deri-  
uant, quod dea sit uenationis. Diodorus tamen  
scribit, Dictynnā aliam esse à Diana. ipsam  
enim in Creta natā ex Ioue et Charmide, con-  
suetudineq; Dianæ usam. atq; hoc causam præ-  
buisse, ut eadē cum Diana putaretur. Solinus  
autor est, Cretenses Dianam religiosissimē  
quondam ueneratos, eamq; Britomartin genti-  
liter nominasse, quod nomen sonabat eis uir-  
ginem

ginē dulcē. atq; huius ædē nō licuisse cuiq; nisi nudo corpore intrare. Dicunt alij Britonem, nymphā fuisse Cretēsem Dianæ sociā, quæ in retia capiēdis piscib. demissa se præcipitem dedit, q; à Marte sollicitaretur. Inuenio alibi scriptū λευκομαρτιν. Appellata præterea est à studio uenationis θυροκτόνος, κηλαφαβολος, id est ceruorū et ferarū interfectorix. Sūt tamē q; scribāt eam Elaphiæā uocatā ab Elaphia nutrice. Lycea quoq; à lupis expulsis nominata est, & στωτῆρα à Megarēsisibus, q; ipsius potiss. auxilio Mardonij exercitū trucidassent. Dicitur & Theseus, Dianæ Soteræ templū in Træzēniorū foro constituisse, ob superatū Asterionē Minois regis filiū. In multis aut locis sacrificabatur Dianæ sanguine humano, ut in Tauris loco Scythiæ, unde Taurica seu Taropolia dicta est. Sed cū Ariciā translata esset, eiq; serui aliquandiu immolati fuissent, displicuit tandē Romanis sacrificij crudelitas, traductaq; est ad Laconas, ubi sacrificij consuetudinem puerorū uerberibus diu seruata, testis est Cicero in secundo Tusculanarum. Similia refert Pausanias, qui scribit in Dianæ Orithiæ sacrificijs

apud

apud Laconas adolescentulos, qui Bomonica dicebantur, aris superpositos contendere solitos, quis plura uerba sustineret. Tradūt alij, cū Iphigenia ad aram staret, taurū per medium agmen cucurrisse, uatemq; hoc conspecto respōdisse, taurino sanguine, nō humano Dianæ sacrificiū peragendum esse. atq; eius memorem Orestē in Attica Dianæ Tauropoliaē tēplū iussu Palladis construxisse. Diodorus de quadam Amazonū regina loquēs, Marti quoq; (inqt) & Dianæ sacrificiū instituit, q; Taropolii appellauit. Potest & dicta esse ταυροπόλις, q; gregib. præsit: uel quod luna, quæ eadē est cū Diana, tauris uehatur. Suidas scribit dictā ταυροπόλιαν, quod immisū aduersus Hippotyū à Neptuno taurū cestro perculerit. eūq; passim errantē arcu sauciauerit, unde & ταυροβολον nuncupatā. Cælius refert ex antiquorū monumentis, Dianæ quoq; Triclaræ sanguine humano quondā litatū fuisse, quod in ipsius delubro Melanippus & Comætho amore uicti turpiter conisēt. Pausan. addit, ob hęc tēplū pfectionem secutam magnā agrorū sterilitatem: consultumq; Apollinem respondisse, ut Melanippum

nippum & Comathonem, & præterea singulis annis uirginem pulcherrimam Dianæ sacrificarent: tandemq; Eurypylum illius sacrificij crudelitate sustulisse. Fuit & Λυγώδεσμος appellata, propterea quod dicatur inuenta inter uirgultorū densitatem, quæ λύγροι uocantur. Dicta quoq; est Fascelis, à fasce lignorū, inter quæ eius simulachrum absconsum erat, quod occiso Thoate, Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia, in Italiã delatum est: & Leucophryne, cuius idolum filij Themistoclis Athenis dedicarunt: et Eucleas, quam Thebanis fecit Scopas: & apud Pheneatas Eurippa, cui templum Ulysses construxit, quod amissos equos ibi inuenisset: & Pyronia in monte Crathide, unde uetustis temporibus Argiuium ignem ad Lernea ferebant: & Strōgilios, quasi rotunda, seu turbinata, cuius simulachrum fecit Praxiteles: et Coryphæa, cuius in apice montis Cymortij uisebatur sacellum. Sed & à nominibus eorum qui tēpla ei posuerunt, uel statuas erexerunt, uarias etiam nomenclaturas consecuta est. Colenis enim denominata est à Coleno, qui ante Cecropen regnauit:

gnauit & Cnagia, à Cnagio Spartano: qui in bello à Castore & Polluce in Aphidnam gesto, captus, & Cretē sibus uenditus, cum deæ simulachro in patriam aufugit: & Laphria, à Laphrio Phocensi, qui eam Calydonijs erexerat. licet alij malint sic dictā, quod ira deæ singulis annis in Oeneum ἐλαφεοτιεα, id est minor fieret. & Munychia, à Munycho, qui ei sacellum de nomine suo edificauit. Quia autem ursam in hoc sacello genitam Athenienses occiderant, ingens fames subsequuta est: qua non prius eos liberatum iri respondit oraculum, quàm inuentus esset qui filiam Dianæ sacrificaret. quod Embarus quidam hac lege se facturum repromisit, si sacerdotium ei quamdiu ueretur, non adimerent. item Brauronia, à Braurone populo: uel à Braurone heroe, qui populo nomen dedit. Erat autem in arce Atheniensium, Dianæ Brauroniæ fanum, & eius simulachrum à Praxitele factum. Alphaea quoq; nominata est ab Alphaeo, quem miro astu delusit. Nam cum dea intellexisset, illum per noctē in saltibus se persequi, sibi cæterisq; Nymphis luto faciem illeuit, ut quæ esset Diana, discernere

scernere nesciret, atq; ita re infecta domū rediret. Cæterum Letrinei Alpheū miserati, ab eius amore Dianā Alphæā nominarūt. Dicta est præterea Lycoanitis, à Lycoa ciuitate, ubi tēplū habuit: & Sciatis à Scia loco, & Cnacalytia à Cnacalo mōte, iuxta quē sacra ei faciēbant Caphyate: & Pergæa, à Perga oppido Pamphiliæ, ubi tēplū habebat operosissimū, & ei fiebāt celeberrima quotānis festa: & Strymphalia, à Strymphalo urbe, circa cuius ædificia effictæ erāt Strymphalides aues anthropophagi, quas Hercules sagittis confecit: & Amarysia, ab urbe Amaryntho: et Agrotera, ab Agra regione, ubi deā uenationem primū exercuisse tradunt, cuius rei gratia simulachrum eius arcum tenebat: & Delia, ab insula Delo: & Cynthia à Cyntho monte, qui tantæ fertur altitudinis, ut totam Delon umbra sua tegat. Vergilius in 3. Eclog.

Notior ut non sit canibus iam Delia nostris.

& in primo Aeneidos,

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi  
Exercet Diana choros.

Et Susia, à Susa nobilissimo Persarum oppido,  
in quo

in quo Dianæ Susiæ templum erat magnificentissimum: & Coloena, à lacu quodam Coloonomine, circa quem in maxima habebatur ueneratione. Refert Strabo scripsisse quosdā, in hoc loco diebus solennibus simias saltare consueuisse. & Condyleatis, à Condylea uno à Caphyis distante stadio. Sed hæc postea mutato nomine ἀμαρυνθῶν inde appellata est, quod pueri circa templum eius colludentes, funiculum fortè repertum Dianæ collo micerunt, deam se suspendisse clamantes. Sed cū à Caphyatis deprehēsi, lapidibusq; obruti fuissent, accidit ut Caphyatarum uxores abortirent. Consultum oraculum respondit, pueros sepeliendos esse, & eis sacra quotannis facienda. Inter omnia autem Dianæ delubra quæ uarijs in locis habuit, nullum magnificentius extitit templo Dianæ Ephesiæ, ut quod à tota Asia uix perfectum sit ducentis uiginti annis. Plinius scribit, ædem hanc ædificatam esse in loco palustri, ne terræ motus aut hiatus timeret: & ne in lubrico atq; instabili tantæ molis fundamenta locarentur, ea substrata esse calcatis antè carbonibus, dein de lanæ uelleribus: uniuersiq; tēpli longitudinem

nem quadringentorum uiginti quinque pedum fuisse, latitudinem ducentorum uiginti. Itē columnas centum uiginti septem fuisse, sexaginta pedum latitudine, à singulis regibus factas. Pindarus, Mela, et Solinus tradūt, ab Amazonibus Asia potitis, templum hoc constructum fuisse. Sed Pausanias Pindarum repræhendit, dicens, Cræsum quendam uirum indigenam, & Ephesium Istri fluij creditum filium, templum hoc ædificasse. Ad eò autem celebre fuit hoc Dianæ Ephesiæ templum, ut inter septem orbis miracula annumeratum sit: & cum Xerxes omnia Asiatica templa igni daret, huic soli pepercerit. Sed hæc Xerxis clementia, inquit Solinus, non diu sacras ædes à malo uindicta uauit. Nam Erostratus cum nomen suum posteritati consecrare modis omnibus cuperet, atque hoc uirtute consequi sceleratus nebulo nõ posset, nobilissimam fabricam manu sua incendit, ratus propter hoc saltem facinus nomen suum ab historiographis propagatũ iri. Refert Strabon, cum Erostratus Dianæ templum igni consumpsisset, Ephesios nouum construxisse priorē magnificentius, mulierum ornamentis &

mul-

multis opibus ad id collatis, relictisq; prioribus columnis. Inuenio & Romanos Dianæ in Auentino rem diuinam facere cõsueuisse, Seruiumq; Tullium Romanorum regem, Latinis suasisse, ut ex exemplo eorum qui Dianæ Ephesiæ ædem construxerant, et ipsi Dianæ Auentinæ in Auentino monte templum ædificarēt.

Propertius,

Phyllis Auentinæ quædam est uicina Dianæ.

etc.

## De Minerua. Cap. III.

**A**ppellata est Minerua ( teste Cicero-  
ne) quæ uel minueret, uel minaretur.  
Sunt qui dictam sic uelint, quòd bene mone-  
ret: uel quòd pingeretur armis minitans: uel  
quòd uentorum uim minuerit. Nam à uentorũ  
diminutione etiam Græcis *ἀνεμώτις* uocata  
est. Huic Diomedes apud Morthonẽ Pelopon-  
nesi ciuitatem, quòd ipsius auxilio sedata esset  
uentorum tempestas, simulachrum posuisse di-  
citur. Facit autem Cicero quinque Mineruas,  
dicitq; quartam ab Arcadibus Coriam nomi-  
natam, & hanc quadrigarum usum inuenisse,  
unde fortassis & Græci Mineruam Hippiam

S

uoca-

Hippi

uocauerunt. Crediderunt Athenienses deam  
hanc omnium artium inuentricem fuisse. Hinc  
eam *ἑγχαλω* à multis operibus, quibus præes  
se putabatur, cognominauerunt. Diodorus  
Siculus tradit Mineruam tibias, earumq; can-  
tum, & plurima instrumenta ad uarias ar-  
tes pertinentia adinuenisse, indeq; eam *ἑγχα-  
λω*, id est operariam nuncupatam esse. Simi-  
liratione dicta est *μυχανίτις*. Scribit Plinius  
Demetrium fecisse Mineruam, quæ Musica  
nominabatur. Pausanias quoque autor est,  
Mineruam ab Helegeo *ἑλέγω* cognomi-  
natam. Sed uidetur tubæ inuentionem Hele-  
geo, non Mineruæ tribuere. Vocauerunt &  
nonnulli deam hanc à medendi arte bonaq; ua-  
letudine, quam præstare credebatur, Pæo-  
niam & Hygiæam. Sed & à rebus bellicis,  
quibus præfuisse credita est, multas appella-  
tiones habuit. Dicta enim est Latinis Bel-  
lona, Staius,

— regit atra iugales

Sanguinea Bellona manu. —  
Templum autem Bellonæ fuit in urbe, nõ pro-  
cul à Circo maximo, ante quod erat, autore  
Festo,

Festo, columnella, unde hastam mittebat, quo-  
ties aliquibus gentibus bellum indicere uole-  
bant. Ouidius in sexto Fastorum,

Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti,  
In regem & gentes cum placet arma capi.

Appius Claudius dicitur Bellonæ templū con-  
stituisse, quo tempore Romani cõtra Pyrrhum  
bellum gerebant. Ouidius eodem libro,  
Hoc sacrata die Thusco Bellona duello

Dicitur, & Laio prospera semper adest.  
Appius est autor, Pyrrho qui pace negata  
Multum animo uidit, lumine cæcus erat.

Dicunt alii Bellonā eadē esse cū *ἑγχαλω*, quæ sic  
nominata est, q̄ *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω*  
*ἑγχαλω*. *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω*  
*ἑγχαλω*, *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω* *ἑγχαλω*  
id est à furore immiten-  
do pugnantib; uel quod minime sit miis. A' uĩ-  
etoria quoq; quā strenuè bellatib; largiri so-  
let. uicini dicta est, cuius simulachrū colebatur  
Athenis apteron, id est sine alis, ut inde uictō-  
ria nõ euolaret, habebatq; in manu dextra ma-  
lum punicum, in sinistra galeam. A' bellis e-  
tiā stratia nominata est. Sed Astrateia apud  
Laconas dicta est, quod Amazones ulterius,  
S 2 pro,

ἑγχαλω

ἑγχαλω

ἑγχαλω

ἑγχαλω

ἑγχαλω

Astrateia

progressæ non fuissent, ibiq; finem belligerant  
 difecissent. Nam ἀσπαστεία Græcis pax est,  
 quando scilicet cessatur à bello. Scribit Pausa-  
 nias, apud Thebanos duo simulachra stetisse  
 Palladis cognomento ζωσγίας, quæ ab Am-  
 phitryone ideo dedicata ferunt, quod aduer-  
 sus Eubceos & Chalcoduntem pugnaturus,  
 ibi arma induerit. Significabat enim ζωσασ  
 ueterib. τὰ ὄπλα γυμνασία, id est arma induc-  
 re. Lycophronis interpres ait & Mineruã La-  
 phryam appellatam, quasi Laphyriam; per syn-  
 copen, quòd uictores ex bello ferant τὰ λά-  
 φρεα, id est exuuias. Dicebatur præterea  
 χαλκίονος, uel quia ædem haberet æreã, uel  
 quia Chalcidenses ex Eubcæa profugi templum  
 ei construxissent: & πολιούχος, id est ciuitatis  
 gubernatrix, seu Tutelaris, ut uertit Valla ex  
 Herodoto. Hanc Pausanias tradit eandem fuis-  
 se cum Chalciæco. Huius autem Mineruæ tem-  
 plum incepisse dicitur Tyndarus, perfecisse  
 Lacedæmonij ex ære conflato simulachro. Vo-  
 cata quoq; est πάλλας, ἀπὸ τῶν πάλαι τὸ δλό-  
 γου, id est à uibratione hastæ. unde & Armiso-  
 na dicitur à poeta in tertio Aeneidos,

Tum

— Tum numina sancta precamur

Palladis Armisonæ.

Vel à Pallante patre, quem, ne ab eo corrup-  
 peretur, occidisse fertur: uel quòd apud Pallan-  
 tem Lycaonis filiū educata sit. uel ἀπὸ τῶν ἀνα-  
 παλλωῶν αὐτῆς γυμνασίου, id est  
 quod in capite Iouis agigaretur: uel ἀπὸ τῶν  
 παλλομένων τῶν καρδίας τῶν διονύσιου πρὸς  
 κομῶσαι τῶν δῶν, id est quod palpitans adhuc  
 cor Dionysij ad Iouem tulerit. Tradunt eam et  
 Glaucopin dictã, de formidoloso aspectu. Nã  
 leones & dracones nonnunquam glauci di-  
 cuntur: uel à glaucis, id est cæcis oculis, qua-  
 les habuisse Neptunum ferunt, à quo de Trito-  
 nide palude Mineruam susceptã fingunt. Dio-  
 dorus arbitratur appellatam Glaucopin, non  
 quòd glaucos habuerit oculos, ut Græci me-  
 moriæ prodiderunt, sed quòd aer quem Palla-  
 da nominarunt, glauci sit coloris. Certè idem  
 Diodorus scribit, Mineruam Tergeminam à  
 quibusdam dictam, propter tria anni tempora,  
 uer, æstatem, & hyemem. Sunt qui tradiderũ  
 Glaucopin uocatã ἀπὸ τῶν λαμπρῶν, καὶ τῶν  
 ἐλατῶν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν, id est, quod illustris sit u-

S 3 THS

tus, ac conspicua. Colebant Athenienses Mi-  
neruam Poliadem, quam etiam ἀστυ, id est ur-  
banam uocabant. Et hoc ad differentiam eius  
quæ extra muros ædes sacras habebat. Memi-  
nit Lucianus in Lapythis, huius cognominis:  
ὠμοσα, inquit, ἢ Πολιάδος μὴ εἰληφέ-  
υαζ, id est iuravi per Poliadem me non cepisse.  
Delectabatur ipsa urbibus, unde Verg.

— Pallas quas condidit arces Ipsa colat.  
Pausanias autor est, Mineruæ ὄφρα ἄρα, id  
est acutè cernenti, dicatum à Diomeæ tem-  
plum, quòd ipsi ad Troiam pugnantem caligi-  
nem ex oculis eiecerit: Et ab Hercule post  
sumptam de Hippocoonte eiusq; liberis uindi-  
ctam, ædem constructã Mineruæ ἀφροδίτης,  
id est vltatrici, ueteres enim ultiones ποικί-  
νομινasse. Fuit Et non procul à monumento  
filiorum Medæ templum Mineruæ Chalini-  
tidos cognominatæ. Ipsa enim Bellerophonti  
Pegasum equum præbuit, Et cum infrenauit,  
unde à freno, id est ἀπὸ τῆς χαλίνου, Chali-  
nitis denominata est. Eleæ quoque mulieres  
Mineruæ cognomento μιντρός templum ædi-  
fi cauerunt, quòd, cum uiderent regionē suam  
homi-

hominibus uiduam, ab ea impetrassent, ut pri-  
mo cum uiris concubitu grauidæ fierent. Et  
Ulysses post superatos cursu procos Palladis  
ἑλενθεῖος simulachrum erexit, quam sic ap-  
pellauit uel ἀπὸ τῶ ἑλενθεῖου, id est ab adhor-  
tãdo: uel à uia, quam Græci ἑλενθοῦ uocãt.  
Porro sicut Mercurius Pronaos dicitur, ut an-  
tè diximus, sic Minerua ab Herodoto πρὸς νῆες,  
id est, si latinè transferre uis, Protèplaris. Ver-  
ba Herodoti latinè sic habet: Saxa quæ à Par-  
nasso deciderunt, adhuc ad nostram usq; me-  
moriã integra extant, in fano Mineruæ Pro-  
templaris locata. Idem autor obiter meminit  
Mineruæ Palenidis, Aleæ, et Crastinæ. Refert  
Plutarchus in Vitis, cum Lycurgus priuatorū  
luxum sustulisset, diuitibusq; ob hoc factus es-  
set inuisus, quendam insolentem hominem, Al-  
candrum nomine, alterū oculū Lycurgo eruis-  
se, posteaq; Lycurgum in huius calamitatis me-  
moriã Mineruæ τῆς πλῆρης statuisset, quam Optile-  
tin uocauit. Nã oculos Dores ὀπίλινος appella-  
re. Apaturia quoq; cognominata est ab Aeth-  
ra, quæ p quietē monita à Minerua, ut Sphæro  
sacrificaret, cū in insulã traieciisset, à Neptuno

compressa, Palladis Apaturias, id est deceptri-  
cis templum ibi erexit. prætereaq; constituit,  
ut Trææ seniorū uirgines Zonas ante nuptias  
Apaturiaē Palladi consecrarent. Erat & Festū  
Athenis Apaturia nomine, quasi Homopato-  
ria, quod patres liberorum curiaē adscribendo  
rum gratia tum conuenirent. de quo festo co-  
piose Suidas. Gorgonia uero dicta est, quod  
Medusam unam ex tribus Gorgonibus, quæ  
cōcubitu suo templum deæ profanauerat, Per-  
seus Mineruæ scuto armatus amputato capite  
occidisset. uel ab aspectu truculento: nam ὄ-  
γογόγυ truculentum sonat. fortassis quia Gor-  
gonis caput, quod anguibus loco crinium cir-  
cundabatur, uisu atrox esset. Fabulantur enim  
Gorgonis caput tale fuisse, ut homines hoc cō-  
specto, statim in lapides uerterentur. Scribūt  
alii Phorcum Cyrenensem columnis Hercu-  
lis imperantem aureum Palladis simulachrum  
fecisse, linguaq; patria Gorgonē uocasse. Cy-  
renenses enim appellare Mineruam Gorgo-  
nem, quemadmodum Dianam Thraces Ben-  
deam, Cretenses Dictynnā, Lacedæmonij  
Upin: hocq; simulachrum postea uia Perseo  
ablatum;

ablatū, quod fabulæ causam dedit. Pausanias  
autor est Halæum quendā Tegeatē, tēplū a di-  
ficasse Mineruæ, quam a nomine suo Halæam  
nuncupauit, Tegeatasq; hoc igni consumpto,  
postea longe sumptuosius construxisse, Augu-  
stumq; imperatorem post superatum Actiaco  
prælio Antonium, Halææ Mineruæ uetustissi-  
mum simulachrum cepisse, dentesq; apri Cali-  
donij, qui in eo templo erant, quia, ulnæ longi-  
tudinem uincebant, Romam transtulisse. Reli-  
quum est in Græcorum monumentis Physcoā  
Eleam mulierem, filium Narceum Dionysio  
peperisse, qui bellum cum finitimis gessit, ma-  
gnāq; potentiam adeptus Mineruæ Narceæ  
templum de suo nomine condidit. Aristoteles  
scribit apud Daunios Apuliae populos, uetu-  
stissimum fuisse Palladis Achææ templum, in  
quo Diomedis & sociorum arma uisebantur.  
Herodotus quoq; commemorat, Halyattem cū  
incendisset Mylesiorum segetes, atq; ex illo i-  
gne, ualido spirante uēto, Mineruæ sanum co-  
gnomento Aßesiae deflagrasset, repēte in mor-  
bum incidisse, Pythiamq; respondisse nō prius  
regem conualiturum, quam templum instau-  
s s ras-

raſſet, quod in ditione Mileſiorum apud Aſſe-  
ſum concremaſſet. Fuit & apud Sicyonios tem-  
plum Mineruæ Sicyoniæ, quod Epopeus ob  
partam contra Bæotios uictoriam ſolemniter  
extruxit. Ferunt autem perfecto templo cum  
Epopeus deam oraſſet, ut ſi quod fecerat ipſi  
gratum eſſet, aliquo indicaret ſigno: repente an-  
te templum ſua ſponte oleum ubertim fluxiſſe.  
Erat & in Piſæa regione Palladis Cydoniæ  
templū, à Clymeno Herculis Idæi nepote, qui  
ex Cydonia Cretica ciuitate eò uenerat, con-  
ditum. Item aliud apud Plataeſes Area Min-  
neruæ, id eſt fortis & ſtrenua, ex Maratho-  
niæ pugnae manubijs ædificatum. Aiūt autem  
& Oreſtem apud Areopagum, ubi matris occi-  
ſæ cauſam dixerat, abſolutū, Mineruæ Area  
à loco ſacellum conſtruxiſſe. Tradunt & Ito-  
niæ Mineruæ templum fuiſſe inter Alalcome-  
nas & Coroniam, appellatamq; ſic deam ab I-  
tonio Amphyctionis filio, ſeu ab Itono Heroe:  
ſeu ab Itone ciuitate, quæ eſt in Epiro, ubi cele-  
berrimum habuit templum. Plutarchus in Vi-  
tis ſcribit, Pyrrhū ſuperato Antigono ſuſpen-  
diſſe ſplendidiora & ornatiora ſpolia in tem-  
plo

plo Palladis Itoniæ, cum huiusmodi Epigram-  
mate,

Hæc de pugnaci Galatarum munera gente,  
Moloſis Pyrrhus fixit captiua Mineruæ,  
Cum totum Antigoni robur, totaſq; ſubægit  
Pugnando turmas, neq; id eſt mirabile: namq;  
Egregij bello, & clari ſunt ſemper in armis  
Aeacidæ.

Dicta etiam eſt Alalcomeneis, ab Alalcome-  
neo quodam, à quo deam in Alalcomeniæ ſeu  
ciuitate ſeu uico educatam ferunt. Neq; enim  
ἄλκατος ἀλακῆς, quod ſignificat auxiliando  
expellere, ut pleriq; uoluerunt, ſic uocata eſt:  
(eſſet enim Alalceis) ſed ut à Theſeo Theſeis,  
ſic ab Alalcomeneo Alalcomeneis deriuatur.  
Appellata eſt et Tritonia, à Tritone palude, in  
xta quam ex Iouis cerebro nata dicitur. Luca-  
nus in nono, de Tritone loquens:

Hanc et Pallas amat, patrio quod uertice nata,  
Terrarum primam Lybien (nam proxima cœ-  
lo eſt,

Vt probat ipſe calor) tetigit, ſtagniq; quietæ  
Vultus uidit aqua, poſuitq; in margine plātas,  
Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.

Herodo

Herodotus ait non eam Iouis, sed Neptuni & Tritonidis paludis filiam fuisse. creditam autē Iouis filiam, quod a patre reprecensa, Ioui se donasset. Dicitur Tritonia per syncopen, pro Tritogenia, extrita ge syllaba. Camers in Solinum, Tritogeniam appellatam autumat, quod scientiarum inuentrix sit. τριτογενίας enim nomine significari prudentiam. Vnde Democritus dicebat eam Tritoniam uocatum, quod tria hæc mortalibus largiretur βελεινυ λαλαδος, λεπισιν ορθως, & σοφειν δικαιοσ. Potest & uideri sic dicta, quod τριτομηνις, id est tertio mensis die nata sit, qui sacer postea fuis Atheniēsis: uel quod e Iouis capite profiliuit, Trito enim Bœoti caput uocāt: uel quod eadem cum Luna credatur, quæ tertio post coitum die apparere incipit. uel, autore Suida, quod τριτη μετε αρτιμιυ, καὶ ἀπώλλοα ε γυννηθ, quod tertio loco post Dianam & Apollinē nata sit. Vergilius hoc nomine Mineruam sepe compellat, ut in 1. Aeneidos, Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.

Et alibi,

Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas.  
Græcè

Græcè autem hæc dea dicitur ἀθήνη, de præuidendi potestate, quasi Athrena: nam ἀθρηω perfectius inspicere significat. uel quod ei matris ubera necesse non fuerit sugere, ut quæ de capite Iouis nata sit: nam θηλαζειν lactare dicitur. uel quasi ἀθάνατος πάρονοσ, quia sapientia nec mori nec corrumpi potest. Vel auctore Platone quasi ἡθεῖα νόσοισ, ut quæ diuina cognosceret. Hæc Athenarum urbi de nomine suo nomen imposuit, licet ea de re Neptunus diu cum ea contenderit.

#### De Venere. Cap. IIII.

Vnde dicta sit Venus, ostendit Cicero lib. 2. de Natura deorum, sic scribens: Quæ autem dea ad res omnes ueniret, Venere nostri nominarunt: atq; eo potius uenustas, quàm Venus à uenustate. Vocatur Græcis ἀφροδιτη, & Latinis Cœligena, quod nata sit in mari de uirilibus Cœli patris. Ferunt enim Saturnum Cœli patris genitalia falce amputata in mare proiecisse, deq; horū cruore et maris spuma Venere procreatā fuisse, indeq; ipsam ἀφροδιτην ἀπὸ τῆς ἀφροσ, id est à spuma nūcupatā. Verg. in 5. sub psona Neptuni,  
Eas

Fas omne est Cytheræa meis te fidere regnis,  
Vnde genus ducis.

Ad quem locū Seruius scribit, ideo poetas fugere Venèrem ex Cœli pudèdis natam, quòd omnes corporis vires Venus debilitet, et concubitus sine corporis damno peragi nequeat. Et ex mari, quòd sudor salus sit, qui semper elicit coitum. Aristoteles, què sequitur Fulgentius, ἀφροδίτην uult esse dictam, quòd spermatis natura sit ἀφρώδης, id est spumosa: Euripides uerò, quòd ἀφροδίτην, id est insipientiæ dea sit. Amor enim insanæ & furoris causa est. uel τῆς τῶν ἀφροδῖτων ἀδελφῆς, id est à uitæ molliæ, Bin q̄ commutata. Simili de causa dicta est φιλῶμεν δὲ αἰ, ἀπὸ τῶν μυστήρων, à pudendis. Nonnulli tamen scribunt in nominatiuo φιλῶμεν δὲ αἰ, & deriuant ἀπὸ τῆς μυστήρων, id est à ridendo: quòd ad omnem hilaritatem nos prouocet. Plinius eam ἀφροδίτην μυστήρων alicubi uocauit, credo quòd in mari submersa non sit, sed ad littus enatauerit. Nam δ'ὕπομα, idem est quòd submergor. Plato autem duas posuit Veneres: alteram cœlestem, quæ sanctos excitat amores: alteram terrestrem,

strem, quæ ad impudicitiam impellit. Priorem ἑρῶν ἢ ἡρῶν ἢ ἑρῶν Græci nominabāt, quòd diuina prorsus esset, & ab impijs amoribus iniustusq; desiderijs humanum genus auertere crederetur: & Romani Verticordiam, quod ipsa corda Romanarum mulierum quodam tempore in libidinem impotentius irruentium, ad pudicitiam conuerterit. Herodotus scribit, templum Veneris Vranicæ inter cætera huius deæ fana uetustissimum à Scythis direptum fuisse, deamq; ob id iratam, ἑλπίων morbum immisisse. Altera autem Terrestris Venus innumeris cognominibus appellata est. Nam quod obscenis amoribus præesse putaretur, ἑρῶν, id est meretricia nuncupata est: & πῶδῶμος, quòd ad eius templum in ueteri Atheniensium foro constructum, uniuersus populus conflueret. uel quòd ei Solon ex prostitutarum capturis ædem erexerit: & Murtia, quod homines murcidos, id est inertes ac desidiosos efficiat. Plinius & Plutarchus autores sunt, quam modo Murtiam Venèrem dicimus, olim Myrteam uocatam fuisse, Nam myrtus, quod

ἑρῶν ἢ ἡρῶν ἢ ἑρῶν

Verticordi

Philosophus

id est

quod odorifera sit, et Venus odoribus unguentisq; delectetur, huic deæ consecrata erat. Sūt qui scribant, metas à ueteribus Murtias appellatas. Hæc Libitina quoq; dicta est, à libendo, sicut libido & libidinosus, ut testis est M. Varro. Plutarchus in Vitis: Instituit, inquit, Numa Pompilius Libitinam coli, quæ dea est inspectrix eorū quæ mortuis iusta persoluuntur, siue Proserpinam eam, siue Venerem credimus, sic igitur eadem dea, principium ac finē uitæ inferre credita est. Vn de etiam Epithymia appellata est, ad cuius statuam, quæ Delphis erat, in parentationibus & libationibus manes elicere atq; euocare moris erat. Herodotus in primo scribit, legem Babylonis fuisse, ut omnes mulieres indigenæ, semel in uita ad Veneris templum cum externis hominibus cōsuetudinem haberent: hospitēq; illum, qui pecuniam in sinum mulieris iniiciebat, dicere oportuisse, Tanti ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Assyrios Venerem appellasse. Et in eodem libro: Assyrii, inquit, Venerem Mylittam uocant, Arabes eandem Alittam appellant, Persæ Matram, Dicta est præterea

tereæ Acidalia, uel quia miseris amantibus plurimos angores immittit: uel ab Acidalio fonte Bœotiæ, in quo se Gratia lauabant, quæ ipsi sacræ erant. Vergilius de Cupidine loquens,

— At memor ille Matris Acidaliæ. —

Fuit & Melanis nūcupata, quod ipsa tenebras amet; hominesq; noctu sæpius coeant: & Genetyllis (ut Aristophanis interpretis ait) quod genitura præsit, qua ratione & latine Genetricem dictam crediderim. Seruius ad illud secundo Georgicorum,

Non aliam ob causam Baccho caper: —

ait, Genetrici Veneri, id est Romanæ, de uictimis sacrificari. Diodorus Siculus refert Helio politas Venerem ex antiquo nomine Auream appellasse, agrumq; esse prope Memphim Aureæ Veneris. Vergilius,

— At non Venus Aurea contrā

Pauca refert. —

Fortassis hoc cognomine dicta est, quod forma præ alijs fuerit: in qua significatione Aureus sæpe usurpatur. Verg.

— Aulæis iam se regina superbis

T Aurea

Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.  
uel quòd amor auro maximè concilietur. ut a-  
pud Ouidium,

Aurea nunc uerè sunt secu'la, plurimus auro  
Venit honos, auro conciliatur amor.

Colebatur & apud Lacedæmonios Venus co-  
gnomèto Morpho, fortassis ita dicta à  $\mu\omicron\rho\sigma$   
 $\phi\alpha\varsigma$ , id est à forma. Huius simulachro Tynda-  
rus pedicas imposuit, non quòd Venerem uin-  
xerit, ut deæ in filias opprobria ulcisceretur,  
quod nonnulli putauerunt: sed ut per illas de-  
notaret, mulieres domi manere debere marito-  
rum dicto audiètes. Cælius autor est & à pul-  
chris clunibus eam Callipygon dictam esse.  
Nam cum duæ quædam uisendæ pulchritudi-  
nis puellæ, de natium præstantia diu conten-  
dissent, tandemq; placuisset rem adolescentis  
cuiusdam arbitrio permitti, & ille utraq; di-  
ligenter inspecta natu maiori palmam addixit  
set, eamq; coniugio sibi copulasset: occasione  
Syracusanis præbuerunt, ut ab hac natium al-  
tercatione Veneri Callipygæ templum con-  
struerent. usque adeò leuibus de caussis antiqui-  
tas superstitiosa dijs sacras ædes ædificabat. E-  
rat

rat & apud Lacedæmonios Venus armata, cui  
cognomen hoc tributum est ideo, quòd Spar-  
tanæ mulieres sumptis armis Messeniorum im-  
petum non solum sustinuisent, sed etiam eos  
in fugam uertissent. Extat pulcherrimum de  
hac Venere apud Græcos epigrāma, quod la-  
tinum sic fecit Ausonius,

Armatam uidit Venerem Lacedæmone Pal-  
las,

Nunc certemus, ait, iudice uel Paride.

Cui Venus, armatam tu me temeraria temnis?

Quæ, quo te uici tempore, nuda fui.

Mantineses quoque Venerem Symmachiam  
honorificentissime coluerunt, quòd in Aetiaco  
prælio Romanis opem tulisset. Legimus & Ve-  
nerem  $\epsilon\phi\iota\pi\pi\omicron\upsilon$ , id est Equestrem ab Aenea fi-  
lio nominatam, quòd ipse longa diuturnaq; na-  
uigatione fessus, tandem equum conscenderit,  
matremq; huiusmodi effigie & ipse coluerit, et  
ab alijs instituerit. Plutarchus tradit, Theseū  
cum in Cretā nauigaret, eam à Minotauro libe-  
raturus, et Delphinio Apollini pro sua suorūq;  
salute supplicasset: responsum à deo accepisse,  
ut Venerē sibi ducē itineris assumeret. cumq;

ad mare sacrificaret, apparuisse ei Venerem <sup>in</sup> caprum mutatam, eamq; ob causam deam Epitragiam fuisse nominatam. Strabo scribit in undecimo, in urbe Phanagoria in signe fuisse Veneris Apaturæ templū. Fortassis ab ἀπατάω, quod decipere significat, ita cognominata est. Nam cum Gygantes quodam tempore uellent eam interimere, dicitur in latebris tam diu delituisse, donec Hercules auxilio sigillatim omnes interfecit. Diximus superius, & Mineruā hoc cognomine uocatam fuisse. De appellatione autem Veneris ἀφορῆς, sic Aristophanis interpres. Cū Lais meretrix insignis in Thesaliam profecta, ob formæ elegantiam ac uenustatem, ab adolescentibus Thesalis sic adamaretur, ut eius uestibulum etiam uino aspergerent: Thesalæ mulieres inuidia motæ, eam in Veneris templo, dum sacra fierent, quæ uiris adire nequaquam fas erat, confoderunt. Propter quod facinus Thesaliâ pestis inuasit, nec prius cessauit, quàm Veneris ἀφορῆς templū condidissent. Videtur autem nomen hoc sortita, quod mulieres impiam cædem in ipsius templo patrasset, Pausanias autor est, Hypermetram

stram, cum sola Danaï patris imperium exequuta non fuisset, & pater eam ad Lycæi forum citasset, absolutam ab Argiuis, Venerem Nicophoron dicasse. Refert idem Veneris Catascopicæ templum fuisse intra eam stadij partem, in qua Hippolytus se exercebat, & unde Phædra Hippolytum spectare consueuerat. Λατῶσ κοτῆν enim cõttemplari sonat. Legitur apud eundem, Hermionios Pontiam & Limeniam Venerē coluisse, uirginesq; huic ante nuptias, & si qua uidua ad maritum rursus accederet, sacra fecisse. Sic dicta fuit, quod ad maris portum ædem haberet. Scriptum est apud Lactantium, Venerem cognomento Caluā in religionis cultum tunc apud Romanos uenisse, cum urbe à Gallis Senonibus capta, ciuibusq; in Capitolio obsessis ad tantam rerum omnium penuriam uentum esset, ut ex mulierum capillis tormenta facere oporteret. Suidas scribit, mulieres Romanas, cum pestilenti prurigine laborarent, abrasissq; crinibus inuiles essent pectines, Veneri supplicasse, ut comam eis restitueret. quod quia fecisset, mulieres deæ simulachrum pectinē tenentis erexisse. Erat & Ro-

mæ Venus Cluacina, à cluendo, id est pugnando sic dicta, cuius simulachrum positum fuit in eo loco, ubi pax inter Sabinos & Romanos cum propter raptas pugnarent, facta est. Cicero in lib. de Natura deor. autor est multas Veneres fuisse, uocatq; quartam Astarten, quæ Syria fuit, Adonidq; nupsit: & tertiam Dionæam, quæ ex Ioue & Dione nata est. Hæc autem est, cuius maritus fuit Vulcanus. Sed poetæ sæpe confundunt, unam tantum Venerem ponentes. Vergilius,  
Sacra Dionææ matri, diuisq; ferebã.

& Claudianus:

Fraude Dionææ rignos Proserpina saltus,  
(Sic Parca uolueret) petit.—  
Vocata est et Dexicreontis à Dexicreonte circulatori, qui Samias mulieres luxu petulantiaq; perditas sacris quibusdam piacularibus expiauit: uel potius à Dexicreonte nauclero, qui cum Veneris iussu aquam tantum in nauim impo-  
suisset, et ex ea mercatoribus nautisq; sitientibus, distracta diues factus esset, Veneri statuam grati animi indicem posuit, quam à suo nomine Dexicreontem appellauit. Cypria uero no-  
minata

minata est, à Cypro insula decantatissima, ubi præcipue colebatur. uel à τὸ λυεῖν, à pariendo. reddit enim grauidas Venus, & parere facit. Macrobius scribit in ea insula fuisse Veneris barbaturum signum. Nam quod uiri nascantur, Veneris munus est. Lactantius libro primo scriptum reliquit, Venerem in Cypro primam omnium artem meretriciam instituisse, mulieribusq; suasisse ut corpore quæstum facerent, ne sola uideretur impudica. Iustinus quoq; autor est, Cyprias uirgines statutis diebus ad littus maris ire solitas, dotalem pecuniam ex corporis prostitutione quæsituras. Boccatus Cyprum postea Paphon, à Papho Pygmalionis filio, qui insula imperauit, appellatam fuisse dicit. Vergilius Paphi subinde meminit, eamq; Veneri attribuit, ut in primo Aeneidos,

Ipsa Paphum sublimis adit, sedes que reuisit.  
& in decimo,

Est Amathus, est celsa mihi Paphos.—

Cognominata fuit & Cytheræa, à τὸ λυεῖν, id est à gignendis amoribus. De

Cytherea sic Hesichius. *λευθαίρεα ὅτι  
προσέκλυτε λευθίροις, ἀλλ' ὅτι λευθόμενον ἔ-  
χει ἐν ἑαυτῇ τὸν πάσις ἐρωτικῆς φιλικῆς ὄψεως  
την δὲ λέγουσιν ἰμελντα.* id est, non quod *λευθ*  
*gous*, id est populum tribus Pädioniae apud A-  
thenienses nacta fuerit, sed quod occultatum  
habeat in sese omnibus amoribus exornatum  
cestum, siue cingulum. Alij à Cytheris in sula  
deam Cytheræam nuncupatā uolūt. Vergil.

Hūc ego sopitum somno super alta Cythera,  
Aut super Idalium sacrata sede recondam.

Vbi notandum, & ab Idalio seu monte, seu ne-  
more in Cypro, Venerem Idaliam cognomina-  
tam: sicut ab Eryce monte excelsio Sicyliae, E-  
rycinam, ubi delubrum ei filius Aeneas cōdi-  
dit. ut in quinto Aeneidos,

Tunc uicina astris Erycino in uertice sedes  
Fundatur Veneri Idaliae. —

Strabo scribit, olim in Eryce Veneris templū  
singulari ueneratione cultum, magnoq; mulie-  
rum deæ ministerio dicatarum numero nobili-  
tatum. Item et Romæ fuisse huius deæ templū,  
quod Veneris Erycinæ dicebant, cui insignis  
adiacebat porticus, Sunt qui Erycinam uelint

NON

non à monte dictam, sed ab Eryce Butæ, seu  
ut alij dicunt, Neptuni & Veneris filio, qui pa-  
tre mortuo, matri in Drepano Siciliae promon-  
torio tēplum ædificauit, Erycinamq; à nomine  
suo appellauit. Meretrices autem Romæ Vene-  
rem Erycinam colebant. Ouidius 4. Fast.

Nomina uulgares Veneris celebrate puellæ,

Multa profesarum quæstibus apta Venus.  
Imò & matronæ mense Augusto ad imitationē  
Aegyptiorum, pudēda huic cum pompa sacro-  
rum deferabant: & quanquam hoc solenne  
meretricum erat, nulli tamen misicasta mulie-  
ri permittebatur sacrum hoc in sinu Veneris  
deponere. Tradunt Q. Fabium Maximum Sy-  
racusis expugnatis, ex monitu carminis Sibyl-  
lini deam hanc transtulisse, & apud Collinā  
portam templum ei consecrasse. Ouidius,  
Templa frequentari Collinæ proxima portæ  
Nunc decet. —

Solitosq; qui cum imperio in Siciliam profici-  
scebantur, in exoletorum mollitiem se prope-  
modum transmutare. quòd isthoc pacto crede-  
rent aduentum suum deæ iucundio rem futu-  
rum, Scribit Plinius in 36. Praxitelem fecisse

T S Venerem

Venerem, quæ empta à Cnidijs sic eorum ur-  
beculam illustravit, ut multi illius tantum ui-  
dendæ gratia Cnidum uenerint. Quin & re-  
gem Nicomedem simulachri pulchritudine ca-  
ptum promississe Cnidijs, si uendere uellent, o-  
mne æs alienum ciuitatis, quod grande fuerat,  
se dissoluturum. sed Cnidios uendere noluis-  
se. De Venere Cnidia sic è Græco Ausonius.

Vera Venus fictam cum uidit Cypria, dixit,

Uidisti nudam me puto Praxiteles.

Nō uidi, nec fas, sed ferro opus omne polimus,  
Ferrum Gradiui Martis in arbitrio.

Qualem igitur domino scierant placuisse Cy-  
thæren.

Talia fecerunt ferrea cæla deam.

Nūcupata est præterea Colias, à Coliade pro-  
montorio: uel ab adolescente quodam Attico,  
qui Veneris auxilio à prædonibus ereptus, à  
colis, id est membris uinculo solutis Venerem  
Coliadem nominauit, eiq; templum dicauit.  
Alij uolunt Coliada locum fuisse, sic dictum  
quod humanorum membrorum effigiem repre-  
sentaret, eiusq; incolas Venerem præcipue co-  
luisse. Addit Pausanias, Venerem de loco,  
qui

qui dicitur Horti, Hortensem cognominatam,  
hoc est, ut ipse loquitur, & *Λιτρούς & ποδλι-  
πλῦ*, eiusq; apud scriptores frequentem men-  
tionem fieri, sed sibi huius cognominis causam  
non constare. Item Venerem Sicyoniam apud  
Sicyonios coli, templumq; eius duabus tantum  
mulieribus ingredi fas fuisse. Marcus Varro  
meminit Veneris Murtetæ, quam à Murteto lo-  
co, ubi erat figlina, sic ait appellatam. Seruius  
ad hunc locum Vergilij,  
Hunc Fauno, & nymphæ genitum Laurente  
Marica,  
dicit, nonnullos per Maricam, Venerem intel-  
ligere: licet ipsa uulgo habita sit paludis Min-  
turnensis dea.

De Vesta. Cap. v.

Vestam eandem esse cum terra, omnes fe-  
rè consentiunt. Ouidius in sexto Fast.

Vesta eadem & terra est. —

& eodem libro,

—Et Tellus, Vestaq; numen Idem est. —

Quod à fabula fluxisse uolunt. Ferūt enim sa-  
turnum Vestæ & Vranij filium, ut speciosus  
nomini.

nominiſus originem ſuam amplificaret, patrē  
Cælum, & matrem Terram uocaſſe, ex eoq;  
tempore Veſtam pro terra habitam eſſe. Ouidius  
uero Veſtam, quam pro terra accipi dicit,  
Saturni filiam, non matrem facit his uerſibus,  
Ex Ope lunonē memorant, Cererēq; creatas,  
Semine Saturni, tertia Veſta fuit.

Boccatius ſcribit, per priorem Veſtam deſigna-  
ri terrā: per alteram, quæ uirgo fuit, ſacrū &  
perpetuum ignem. Sed Ouidius ſecundam &  
pro terra & pro igne accipit. Dicta autem  
eſt latine Veſta, uel à ueſtiendo, quòd terra  
uarijs herbis floribusq; ueſtita ſit: uel à ui ſtan-  
do, quòd terra nullo nitatur fulcimine, ſed  
ponderibus ſuis librata in aere pendeat. Ouidius  
in Faſtis,

Stat ui terra ſua, ui ſtando Veſta uocatur,  
uel à Græca uoce ἑστία, ſublata i litera, & aſpi-  
ratione in u conſonantem commutata. Hinc  
dicit Ouidius,

Cauſſaq; pars graij nominis eſſe poteſt,  
Nam integro nomine Græco ſi uteremur, He-  
ſtiam, nõ Veſtam diceremus. Significat autem  
Heſtia uel focum uel domum. Vnde Ouidius

Nec

Nectu aliud Veſtam, quàm uiuam intellige  
flammas:

& ueteres Græci autores ſunt, domos Veſtā  
ædificaffe primam. Sunt qui ἑστία dictam ue-  
lint ἑστία τῶ ἡδύ, quòd eius ſimulachra ſeden-  
tis habitu ſingerentur: uel quaſi ὄστία, quòd  
ex terræ uiſceribus opes eruantur. Cum autē  
Veſta dicatur ignis, & ſit uirgo, ex utraq; cau-  
ſa uirgines ſunt eius miniſterio optima ratione  
deputatæ. Nā uirgini deæ, uirgines miniſtræ  
reſtiſſimè conueniebant: & cum ignis natura  
ſua ſterilis ſit, nec ex ſe quicquam gignat, non  
decebat deam alias habere miniſtras, quàm in-  
fœcundas, cuiuſmodi ſunt uirgines. Porrò ſa-  
crum hūc ignē tam religioſè adſeruare neceſ-  
ſe erat, ut ſi caſu extingui eum contigiſſet, mi-  
nimè ex altero igni ſacras lucernas accendere  
fas eſſet, uerum nouum ex radijs ſolaribus ari-  
da appoſita materia elicere oporteret. Diodo-  
rus autor eſt, morem hūc ſeruandi ignem per-  
petuum ab Aegyptijs ad alias gentes manuiſ-  
ſe. Vergilius uidetur indicare, Romanos ab  
Aenea ſacrum ignem accepiffe.

Sic ait, et manibus uittas, Veſtamq; potentem,  
Aeter

Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.  
& alio loco:

Sacra, suosq; tibi commendat Troia Penates.  
Nam Vestam de numero Penatium fuisse, au-  
tor est Macrobius. Hæc autem de sacro igni cõ-  
memorare libuit, quoniam huic deæ nulla ferè  
cognomina tributa sunt.

## De Cerere. Cap. VI.

**S**cribit Cicero libro de Natura deorum  
2. dictam Cererem à gerendis fructibus,  
quasi gererè, mutata prima litera: uel à Cereò  
antiquo uerbo, quod est Marco Varroni creò.  
Græce dicitur *κεραιός*, quasi *κεράτος*, mu-  
tata similiter prima litera: uel quasi *κεραία*  
*κέρας*. Quoniam autem fruges inuenisse dicitur,  
à Græcis appellata est *κεραία*, id est frumentaria.  
habuitq; apud Siculos eo nomine statuas,  
quia primum in Sicilia ferendi rationem mon-  
strauit. Hinc est quod nonnulli Cererem eam-  
de esse cum terra docuerunt. Vnde est illud Or-  
phei in hymnis, *γῆ κεραία πάντων, κεραία κε-  
ραία*. Fortassis ex hac causa Chtho-  
nia quoq; uocata est, id est terrestris seu terre-  
na, quanquam Pausanias autor est, eam cognom-

mè hoc sortitam à Chthonia quadã puella Ar-  
giua, quæ post ambustum patrem à dea in Her-  
mionem oppidum ducta, ibi templum ei conse-  
crauit, Chthoniamq; à nomine suo appellauit.  
Festum quod in Cereris honorem ab Hermio-  
nen sibus excimia ueneratione quondam cele-  
brabatur, Chthonium nuncupabatur. quod i-  
deo uisum est mihi commemorare, quoniam sin-  
gulis annis in ea celebritate boues uisendæ ma-  
gnitudinis & ferociæ, deæ sacerdotè, infirmã  
& uetulam mulierculam sponte sequebantur,  
uelut ultrò se offerentes immolationi. Ceterũ  
quia seges cum maturuit flaua est, ideo Cererè  
uocauit Pindarus *φαινήσασσα*, id est flauos  
pedes habentem. Dicta est & *Αετωρία*, id est  
domina: quo nomine cohonestata est & filia e-  
ius Proserpina. ut apud Vergilium,  
Hi dominã Ditis thalamo deducere adorti.

Nominata præterea fuit ab inuenta filia,  
quam diu quæsitam apud inferos tandem in-  
uenit, *εὐγότα*, habuitq; hoc nomine sacellum  
iuxta Hercynam fluum. Coluerunt & Phi-  
galenses Cererem cognomento *μελαίνω*, id  
est nigram, quod Proserpinæ raptu cõsternata  
pullam

*κεραία*

*κεραία*

*Chthonia*

*κεραία*

*φαινήσασσα*

*Αετωρία*  
*domina*

*εὐγότα*

*μελαίνω*

pullam uestem induerit, atq; cum hoc habitu in profundissimam speluncam sese abdiderit, ibiq; diutissime latitauerit. Hinc Phigalenses simulachrum erexerunt Cereris in petra sedentis, capite equino, adnexis draconum & ferarum uarijs imaginibus. Porro cur Cererē capite equino formarint, adferunt & hāc causam, quod ipsa in equam mutata, ex congressu quem habuit cum Neptuno, qui & ipse in equum se conuerterat, Arionem equū, & præterea puellam, cuius nomen à non initiatis enunciari nefas putabant, peperisset. Ferunt autem Cererem oblatum sibi à Neptuno uitium primum iniquissimo tulisse animo: deinde ira paululum remissa, in Ladone fluuio corpus lauisse, ex eaq; causa duobus cognominibus à Thalpijs Arcadibus nuncupatam fuisse nēpe Erinnyā ab illa animi indignatione, nam apud Arcades ἐριννύειν indignari significat: & λουίαν, à corporis ablutione. Scribunt alii qui, χερώνη Cereris antiquum fuisse cognomen, eiq; in oleni montis parte, quæ alterum erat Hippodromi latus, templum erectum fuisse itaq; appellatam uel ἀπὸ τοῦ χερώνη, id est à νο-

*Erinny**Asotia  
Kerōn*

à uociferando: uel ἀπὸ τοῦ χερώνη, quod ibi terra hiatu facto currum Plutonis exceperit: uel à Chanyno uirō Pisæo ab Eleis interfecto, ex cuius diuitijs structum sit templum. Erat & ad Nisæam (navalis cuiusdam nomen id fuit) sacellum Cereris *μυδοφόρα*, ab ouibus sic dictæ, quod cognomen pastores quidam ei indiderunt. Caberia quoq; nūcupata est, uel à Caberis sacerdotibus, quorum ineuitabilem iram fuisse, cum Xerxis, tum Alexandri milites, cū agrum Thebanum incendio uastarent, experti sunt: uel à Caberis populis, ad quos uenisse dea dicitur: uel à Caberone ciuitate, ubi colabatur. Legifera uero, seu Græcè θεομορφος cognominata est, quod leges inuenisse dicatur, quibus homines iuste uiuere assuescerent. Vergilius,

— mactant lectas de more bidentes

Legifera Cereri. —

Et alibi.

Prima Ceres unco terram dimouit aratro,  
Prima dedit fruges, alimenta q; mitia terris.

Prima dedit leges, Cereris sūt omnia munus.

Seruius autem scribit, Cererē leges idcirco

V. inue

*Μυδοφόρα**Caberia**Legifera  
θεομορφος*

inuenisse creditam, quod ante inuentum ab ea frumentum homines passim uagarentur, quæ feritas rupta sit inueto frumeto, propter quod ex diuisione nata sunt iura. Notandum obiter, in honorẽ Cereris Thesmophoria festa olim Athenis celebrari consuetã, in quibus mulieres Aegyptiorum more cibus abstinebant, & humi iacebant. Diodorus multis locis scribit, eandem fuisse apud Aegyptios Isidẽ, quæ fuit apud Græcos Ceres, legesq; Isis inuentũ esse. Nonnulli quoq; autores sunt, apud Drymẽ Phocidis urbẽ, Iouis Thesmophori tẽplũ fuisse. Nam & ipsum Iouẽ leges reperisse, quodũ loco refert Lactantius. Sed et à uarijs locis, in quibus colebatur, uaria cognomina habuit. appellata enim est Ennæa, teste Mela, ab Ennæ mõe: et Mysia, à Mysia regione: uel, ut alij uolunt, à Mysio quodã. & Stiriis, à Stiri Phocensũ ciuitate: et Milesia, à Mileto urbe: (quæ Milesia, ut inquit Lactantius, multum sibi uenerationis apud homines comparauit. nam cum Alexander Miletum expugnasset, atq; diriperet urbem milites uellent, omnes repente luminibus à dea priuati sunt:) & Mycalesia, à Mycalesso

Fortasse ob  
eam causã  
ab Hesiodo  
2. m. esp. v. 49.  
uocato Æoniam

Isis.

Ennæa  
Mysia.  
Stiriis  
Milesia

Mycalesia

calesso mari, iuxta q; tẽplũ habebat: uel à Mycalesso ciuitate Bœotia, secundum mare. Illud uerò memoratu dignum, quod Mycalesiæ Cereris templum, singulis noctibus ab Hercule aperiri, rursusq; claudi credebatur. Quin etiã fama erat, omnes fructus autumnò colligi solitos, si ante pedes Mycalesiæ Cereris depositi fuissent, toto anno integros permanere. & Eleusina, ab Eleusine, una ex duodecim ciuitatib. terræ Atticæ, ubi (autore Strabone) Eleusina Cereris templum extabat, & fanum mysticum, quod Ictinus quidam apparauerat, turbae theatrialis capacissimum. Boccatius scribit, Triptolemum quum adoleuisset, regnumq; Cereris auxilio consecutus fuisset, in honorem patris Eleusij, quem dea interfecerat, Eleusium oppidum condidisse, Cereri que sacrum instituisse, quæ Thesmophoria uocauit. Tradit Diodorus Erichtheum, qui postea, quod Atheniensibus frumenti usum ostendisset, rex ab eis declaratus est, caeremonias ac mysteria Cereris Eleusinae, in terram Atticam attulisse. dixisse tamen Athenienses, deã præsentẽ frumentũ eis indicasse,

Eleusina

sacraq; ipsius, quæ apud Aegyptios celebrabantur, tum Eleusine suscepta esse. De mysterijs horum sacrorû, eorumq; obscenitatibus, multa diuus Augustinus libro de Ciuitate Dei septimo, Capite octauo. Inuenio & hanc deã Pelasgidẽ uocatam, à Pelasgo Driopæ filio: et Pylagoram, quod Pylagoræ, id est legati, quos ciuitates Græciæ bis in anno ad conciliũ Amphycionum mittebant, de maximis rebus consulturos, prius qv̄ ὠύλας, id est ante portas huic deæ rem diuinam religiosissime facere consueuissent.

*Pelasgide  
Pylagora*

*Horius lib. 2. ep. 48. eorum uocat  
Hæliodorus.*

Finis libri secundi.

IULIANI AVRELII LESIGNIENSIS, de Cognominibus deorum Gentilium,

LIBER III.

De Iano. Cap. I.



ACTenus de duodecim dijs Consentibus, qui inter deos principatum obtinent, abunde dictum est. Restat nunc ut aliorum octo Selectorum cognomina, pari diligentiã recenseamus. Ianus igitur, ut ab hoc exordiũ sumamus, latine dictus est à ianua, quemadmodum scribit Ouidius in primo Fastorum,  
Præside foribus cœli cum mitibus Horis,  
Et redit officio Iuppiter ipse meo.

Inde uocor Ianus.—  
Alij tamen à Iano potius ianuam dictam uolunt. Nam eo regnante, tantam in Latio sanctitatem religionemq; fuisse legimus, ut nemo magnopere curaret ædium suarum ianuas seramunire: ideoq; huic deo domorum omnium introitus exitusq; fuisse consecratos. Sed & per eũ ad deos omnes patere accessum, precesq; supplicium per

V 3 por-

portas eius ad deos transmitti credebant. unde primus omnium semper inuocabatur. Alijs magis placet, lanum ab hiando dictum, aspiratio-  
ne remota, quoniam ipse est Chaos hians, ut idem testatur apud Ouidium,

Me Chaos antiqui (nam sum res prisca) uocabant.

Sunt & qui lanum ab eundo deriuent, eumq; quasi canum appellatum cõtendant. lanũ enim pro cœlo et mundo usurpabant, cuius propriũ est semper ire, atq; in se perpetuò reuolui. unde sic eum effingebant, ut in dextra manu & litem haberet, & in sinistra & ut significarẽt lanum non esse aliud quam annũ, ipsumq; trecentos sexagintaquinq; dies continere. Nam & trecentos denotat, & & sexaginta, & & quinque. Ex qua re putauit etiam quidam lanum uocatum, quasi Aeonum, ἀἰὼν τὸ αἰῶν. Macrobius autor est, plerisque credidisse lanum idem numen esse cum Apolline & Diana: Diana namq; dictam, quasi lanam, per appositionem d literæ, quæ sæpenumero ornatus tantũ gratia adijcitur. Hic quod antiquissimus esset, & ueluti parens seu sator deorum omnium, plurimis

rimis etiam cognominibus cohonestatus est. Appellatur enim Diespiter, quasi diei pater, licet & hoc nomine Iupiter intelligatur. & matutinus pater, quod habitus sit idẽ cũ sole. Hinc, Matutine pater seu Iane libentius audis. Et Propertio Vertumnus, à uertendis cœlorũ cardinibus, rebusq; omnibus:

Si mihi, quod formas æquẽ uertebar in omnes.

Nomen ab euentu patria lingua dedit.

& Tibullus,

Talis in extremo felix Vertumnus olympo

Mille habeat fornas, mille decenter habet.

& Ouidius,

Quicquid ubiq; uides, cœlum, mare, nubila, terram,

Omnia sunt nostra clausa, patentiq; manu.

Me penes est unum uasti custodia mundi,

Et ius uertendi cardinis omne meum.

Addit Io. Annius, Hetruscis lingua patria uocasse lanum Vadimonem, & Aegyptios Proteum, easq; uoces eis idem significasse quod Latinis lanum seu Vertumnum. Oenotrius autem dictus est, uel quod in Oenotria ante Saturnum regnauerit, uel quod primus in Latio

unum ad religionis & sacrificiorum usum inuenerit, quod etiam Iani interpretatio denotat. Nam eodem Anno autore, iam Hebræorū lingua unum significat. Pingebatur geminus seu bifrons, quod rex fuerit prudentissimus, uideriq; procul uentura, & præterita respexerit: uel quod sol, pro quo Ianumponi diximus quotidie oriatur & occidat: uel quod superum & inferum ianitor sit. Plutarchus scribit, Ianum ferum illum & syluestrem cultum in urbanum ciuilemq; cōmutasse, ideoq; bifrontem pictum esse. Persius,

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit.

& Ouidius de Iano loquens,

Solus de superis, qui tua terga uides.

Effingebant eum & Quadrifrontē, quod quatuor mundi climata maiestate sua cōplecti crederetur. Addit Macrobius, ueteres in sacris inuocare solitos Ianum patrem, quasi deorū deū: & Iunonium, quasi mensum omnium ingressum tenentem: nam calendæ Iunoni consecratae fuerunt. & Consiuium, à conserendo seu propagando genus humanum: & Quirinum, quasi bellorum potentem, à quiri, id est hasta.

quo

quo nomine etiā postea Romulus uocatus est. & Patulcium & Clusium, à patendo & claudendo. Templum enim eius bello patebat, & pace claudebatur. Ouidius,

Nomina ridebis, modo nāq; Patulcius idem,

Et modo sacrificio Clusius ore uocor.

Illud autem de templo hoc memoratu dignum, quod post tempora Numæ Pompilij, usq; ad imperium Traiani, bis tantum clausum est, semel M. Attilio & T. Manlio coss. Deinde Augusto Cæsare post Antonij profugationem rerum potiente. quod indicat Vergilius bis uersibus,

—Diræ ferro & compagibus arctis

Claudentur belli portæ, furor impius intus  
Sæua sedens super arma, & centum uinctus ahenis

Post tergū nodis, fremet horridus ore cruēto.  
Illud notandum nonnullos scripsisse, quē nos appellamus Noe, gentiles Ianum uocasse.

De Saturno. Cap. II.

Cicero libro de Natura deorum 2. Scribit Saturnum sic appellatum, quod saturare tur annis, ideoq; à poetis fingi natos ex se deuorare, eosq; rursus reuomere solitū, quod Sa-

V S turnus

turnus tempus sit, à quo cuncta gignantur, absumanturq; & ex eo denuò renascantur. Alij Saturnum à satu deducunt, quòd Italos surculorum insitiones, artemq; colendorum agrorù primus docuerit. Vnde etiam nonnulli autores sunt, eum à Romanis sterculium uocatum fuisse. Primus enim ostendit ex stercoratione fecunditatem agris comparari, ex qua fertas regni eius tēpora felicissima fuisse feruntur. Certè à poetis hac de caussa saepe Falcifer appellatur. Ouidius in primo Fastorum,  
Causa ratis superest, Thuscum rate uenit ad annem,

Ante pererrato Falcifer orbe deus.

Alij falcem ei attributam dicunt, quod tempus pro quo eum capiunt, instar falcis omnia incidat. Ouidius,

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas,  
Omnia destruitis, uitiatq; dentibus æui  
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Non desunt, & qui Saturnum deriuent à πὸ  
ῥοαῖ, id est à membro uirili, propter abscissa Cælo patri pudenda. Græcè dicitur ἡγο-  
ν, quasi ἡγόν, quod tempus significat: uel  
autore.

autore Platone, quasi ἡγόν ἢ ῥοαῖ, id est quasi mentis satietas. Namq; Platonici Saturnum accipiebant pro contemplatione rerum sublimiorum, proq; mentis puritate atq; integritate. Hinc et Proclus, referente Cælio, dicit homines uixisse sub Saturno uitam ἡδονῶν, ἡδονῶν ἀλυστον, ἡδονῶν ἀπὸ πᾶσιν, id est puram tristitiæq; & perturbationum expertem. quòd à Latinis non admodum dissonum est, qui aureum sub Saturno fuisse seculum memoriæ prodiderunt. Vergilius,

Aureaq; ut perhibent, illo sub rege fuerunt  
Secula, sic placida populos sub pace regebat.  
De Saturno plura Macrobius. Nam non est animus, quicquam quod ad argumentum nostrum non pertineat, inferere.

De Genio. Cap. III.

Scribit Cæforinus in libro de Natali die, Genium uocatum esse, uel quod curet ut gignamur: uel quod nobiscum unà gignatur: uel quod genitos suscipiat, ac tueatur, & sic à gignendo Genius dicitur. Genius, inquit Festus, deus est, qui uim habet omnium rerum gignendarum. & Aufustius,  
Ge-

Genius est, deorum filius, & parēs hominum, ex quo homines gignuntur. Propterea genius meus uocatur, qui me genuit. Quæsitum autē diu fuit ab eruditis, quis nā deus esset Genius, tandemq; inuentum est, non simpliciter eum dici. Nam unicuiq; rei suum esse genium, qui ei præsideat: & singulis hominibus simulatq; nati sunt, duos Genios attribui, alterū bonū, malum alterum: atq; ita Genij uocabulum ex ijs esse, quæ à Græcis γένος, à latinis media dicuntur. quod uel ex Bruti historia probari potest. Cum enim ille quodam tempore solus (ut fit) ad lumen aliquid meditaretur, atra quædam atq; horrenda imago sese oculis eius obtulit, quæ interrogata quænam esset, respondit se malum ipsius esse Genium. Christiani autem, quos gentiles Genios dixerunt, angelos uocauerunt: similiterq; singulis hominibus duos assignauerunt, quorum alter ad uirtutem, ad nequitiam alter impelleret. Genios nonnulli eodem cum Laribus esse uoluerunt. Ac aliquibus Genius dicitur naturæ deus, & ipsa uoluptas. Vnde Geniales ab antiquis appellabantur, qui ad curandam cuticulam promptiores erant. In  
de pro

de prouerbia, indulgere genio, & genium defraudare, pro eo quod est uoluptati operam dare, & contrā parcē nimis ac duriter uicitare. Fuerūt etiam, qui aquam, terram, ignem, aerē, item duodecim signa, et solem & lunam deos Genios facerent. & à gerādo, quod multa gerere possent, primū Gerulos, deinde Genios appellatos fuisse putarent.

## De Plutone Cap. IIII.

Græci Plutonem à diuitijs, & ab eadem causa Latini Ditem nominarunt. Ex abditis enim terræ, uelut ex Plutonis regno, metalla omnia eruuntur. frugesq; & pecorum pasua nascuntur. Declarat hoc aliquanto significantius Cicero in libris de Natura deorum, ita scribens: Terrena uis omnis atq; natura Diuti patri dedicata est, qui dictus apud Græcos πλούτων, quia & recidūt omnia in terras, et oriuntur ē terris. Ab hac autem terrena uicidant eum nonnulli Tellumonem, Altorem, et Runsozem appellatū. Diodorus autor est, Plutonem Iasonis & Cereris fuisse filium, eumq; primum ingentes pecunias ex agricultura coaceruasse, ac in usus custodisse, hocq; posteris  
occa

occasione dedisse, ut diuitiarum deus habitus sit. Ditis subinde meminit Verg. ut hoc uersu, Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Et hoc,

Perq; domos uacuas Ditis, & inania regna.

Et hoc,

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Addit idem Diodorus, hunc sepulchrorum funerumq; usum introduxisse. eamq; causam extitisse, ut uita defunctis dominari creditus sit. Scribunt alij, in diuisione patrimonij Iouinatu maximo plagam orientalem, Neptuno maris insulas, & Plutoni occidentem secus inferum mare obtigisse. Hinc datum locum fabulæ, ut Iupiter celi, Neptunus maris, Pluto inferorū rex habitus sit. Certè ab imperio, quod in mortuos exercere dictus est, Vragus ab urgendis defunctorum animabus cognominatus est. Quin et Orcus ex simili causa dictus est, nisi magis placeat ab ὄρν, quod iuramentū designat, uocē deducere. Iurabāt enim dij per stygiā paludē, à quo fluius Orcus profuebatur. Vocatus quoq; est Quietalis, quod quies ad mortuos maxime pertineat: aut potius quod mors

mors quies sit erumnarum omnium. & Februus, à februis sacris, per quæ manes placari credebantur: & Summanus, quasi summus deorum Manium, cuius erat tēplū Romæ non procul à Circo maximo, & sacellum in Capitolio. Cœpit coli temporibus Pyrrhi, quemadmodum his uersibus ostendit Ouidius, Reddita, quisquis is es, Summano templa feruntur,

Tunc cū Romanis Pyrrhe timendus eras. Vbi notandum, poetam addubitasse quis nam deus esset Summanus. Augustinus libro quarto de Ciuitate Dei scriptum reliquit, Romanos ei nocturna fulmina tribuisse, sicut diurna Ioui. Dicitur & Græcè ἀγροίλα, quem admodum auctor est Lactantius, quod uocabulum deducitur ἀγρὰ τὸ ἀγρευ τὸς λαός, id est à ducendis populis. ἀγρὲ γὰρ τῷ θανάτῳ, est enim mortuorum imperator. Vnde Claudianus de eo,

— O maxime noctis

Arbiter, umbrarūq; potēs, cui nostra laborāt  
Stamina, qui finem cunctis et semina præbes.  
Nūcupatur et ἄδης, ab ἀ privatiua particula,  
lice

licet in hac dictione aspiretur: & ἐσθλῆν, id est  
à non uidēdo, quod apud inferos obscura sunt  
omnia ac tenebrosa. Vnde illud Vergilij in sex  
to Aeneidos,

Est iter in syluis, ubi cælum condidit umbra  
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.  
Vel quasi ἀεὶδῆς, id est tenebrosus, tristis, ac  
iniucundus. Obscura enim atq; in sua uia, ple-  
naq; curarum ac dolorum apud inferos sunt  
omnia, quemadmodum pulcherrimè his uersibus  
